centũ dies. Illis autẽ q̃ eccl'ias fratrũ mi/
norũ vbilibet conſtitutas tam ip̃a die feſti
q̃ꝫ in octaua diuinis officijſ interfuerint cõ
ſimiles indulgẽtias ꝛ pctõꝝ remiſſiões q̃
in ſingulis alioꝝ eiuſdẽ ordinis ſanctoꝝ fe
ſtis ex indultis apoſtolic ȝ generalit' ꝓmul/
gatis Romani pontifices ꝯceſſerũt. de in/
iunctis penitentijs miſericordit' in dño re/
laxamus ꝛ elargimur. Conſiderãtes prete
rea quãta ab hoc ip̃o ſancto Bonauẽtura
rõne ſcientie ꝛ ſanctitatꝭ vite ep̃aliſq̃ꝫ ꝛ car/
dinee dignitatis ſctã romana eccl'ia ſuſce/
perit incremẽta quãtaq̃ꝫ idẽ ſanct⁹ cũ bea/
to Thoma de aquino coetaneo ꝯdiſcipu/
lo ꝛ cõmagiſtro ſuo familiaritatẽ ꝛ ſpiritu/
alem cõiunctionẽ in hac vita ſeruauerit. vt
quos in h̄ ſeculo fraterna iunxit charitas ꝛ
eadeꝫ in celo p̃mia cõſecutos credim⁹. pn̄s
eccleſia pari veneret' honore. p̄dictũ feſtum
inter feſta ſacri palacij apoſtolici aſſumen/
tes annumerãteſq̃ꝫ. eandẽ indulgentiaꝫ in
feſto p̄dicto in eccl'ia ſanctoꝝ apoſtoloruꝫ
de vrbe q̃ in feſto ip̄ius ſancti Thome de
aquino in eccl'ia beate Marie ꝟginis ƀ vr/
be miuerua vulgariter nũcupata habetur.
cõcedimus. p̄terq̃ꝫ decernim⁹ frẽs mino/
res in alma vniuerſitate Pariſieñ. eiſdem
p̄uilegijs poſſe ac debere vti ꝛ gaudere ob
ip̄ius ſancti Bonauẽture merita. quibꝰ ex
apoſtolicis indultꝭ fratres predicatores in
eadeꝫ vniuerſitate intuitu ꝛ gr̃a eiuſdẽ ſan
cti Thome potiri ꝛ gaudere cõſueuerunt
ꝛ gaudent aut potiri et gaudere q̃modoli/
bet poterũt in futurũ. Quocirca om̃s ꝛ ſin
gulos in dignitate ꝯſtitutos requirimus ꝛ
monem⁹ q̃tinus vniuerſis ꝛ clericis ꝛ po/
pulis ſuarũ ciuitatũ dioceſum ꝛ parochia/
rũ p̄ſentes nr̃as lr̃as ſolẽniter publicãtes.
eoſdẽ hortent'. deũ ip̃m a quo bona cuncta
ꝓcedũt hũiliter dep̄cent'. vt ip̄ius ſancti do
ctoris ꝛ cõfeſſoris Bonauẽture meritis et
p̄cibꝰ exorat⁹ militantẽ eccleſiã. ap̄licã fidẽ.
ꝛ cũctos chriſfideles a paganoꝝ ꝛ alioꝝ in/
fideliũ ꝛ hereticoꝝ tueatur incurſibꝰ ꝛ a pe/
riculis cũctis ſemꝑ ꝓtegat ac defendat. ꝛ il
lam quã nobis mũdus dare nõ põt paceꝫ.
hoſtiũ oĩm ſublata formidine. firma cũ trã
quillitate cõcedat. vtq̃ꝫ poſt hui⁹ vite mili/
tiã depoſitũq̃ꝫ paſtoralis officij miniſteriũ
vnacũ grege nobis credito ad ſempiterna
tandẽ gaudia ꝑuenire mereamur. Demuꝫ
q2 difficile foret litteras originales preſen
tes ad vniuſcuiuſq̃ꝫ noticiaꝫ deferri volu/
mus ac decernim⁹ q2 earũ trãſſumpto ſub
ſigillo generalis miniſtri ordinis antedicti
ꝛ manibꝰ duoꝝ notarioꝝ publicorũ debite
ſubſcriptis fides adhibeat' indubia in om
nibꝰ ꝛ ꝑ om̃ia. ꝛ illis vbiq̃ꝫ ſtetur ac ſi origi/
nales lr̃e huiuſmõi eſſent exhibite vl' oſten
ſe. Nulli ẽ oĩno hominũ liceat hanc paginã
noſtre cõſtitutiõis. aſcriptiõis. aggregatio/
nis. ſtatuti. mãdati cõceſſionis. relaxatiõis
largitionis. aſſumptionis. annumeratiõis
monitionis ac voluntatꝭ infringere vl' ei au
ſu temerario ꝯtraire. Si q̃s autẽ hoc attẽ/
tare p̄ſumpſerit indignationẽ om̃ipotentꝭ
dei ac beatorũ Petri ꝛ Pauli apoſtoloruꝫ
eius ſe nouerit incurſuruꝫ. Datum Rome
apud ſctm̃ Petrũ Anno incarnatiõis dñi/
ce. M.cccclxxxij. Decimooctauo kalẽdas
Maij. pontificat⁹ nr̃i anno vndecimo.

¶ Incipit ꝓlog⁹ in ſpeculũ diſcipline ſeu li
bellũ de minimis ad nouicios ſcti Bona/
uenture ep̄i ꝛ cardinal' ordinis minoꝝ.

AD honeſtatem
Atendẽtes in p̄mis neceſſariuꝫ
hũt vt ꝑ exercitium diſcipline
virtutꝭ titulũ citi⁹ app̄hẽdere
poſſint. Nã vt ait Hugo de ſctõ victore.
Uſus diſciplĩe ad ꝟtutẽ aĩm dirigit. ꝟtus
aũt ad btĩtudinẽ ꝑducit. ac ꝑ h̄ inq̃t exerci
tiũ diſcipline eſſe dꝫ nr̃a inchoatio. ꝟtus. ꝑ/
fectio. p̄miũ ꝟtutꝭ. eterna btĩtudo. Uex q̃
diſciplinã ĩ noue ꝯuerſatõis initio negligit
ad eã poſtmodũ difficile applicat'. ꝛ formaꝫ
quã p̄mo q̃s recipit vix deponit. Adole/
ſcẽs nãq̃ꝫ iuxta viã ſuã etiã cũ ſenuerit ñ re
cedet ab ea. Optia viuẽdi forma eligẽda ẽ
quã reddat aſſuetudo iocũdã. Pri⁹ autẽ
ad ꝑfectũ g̃d⁹. defect⁹. cognitio. magiſq̃ꝫ oĩo
prudẽti ſecuritas. viuẽdi modũ nouiſſe cõ/
gruũ ꝓ varia reꝝ ꝛ accidẽtiũ q̃litate. Nec
mĩmũ ẽ ꝯtẽnere mĩma. q̃ nõ mĩmã moribꝰ
maculaꝫ eo turpi⁹ neglectu hita ingerũt. q̃
vitari facili⁹ cognita valuerũt. Proinde
q̃ ſpũ dei agunt' moralibꝰ documẽtꝭ inten/
dũt. q̃ eñ ſupbi ꝛ fatui ꝯtẽnẽtes nũc ſupſtiti
ones nũc cerimonias vocãt. aut certe calũ
nijs fucatis impugnãt. Nec eñ ſtult⁹ ꝟ/
ba prudentie recipit. niſi ea dixeris q̃ ver/
ſantur ĩ corde ei⁹. Hic ergo tractatulus

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

p ſupioꝝ impoſitionē exact⁹. rudi q̄dē iux/
ta ſcribentꝭ ruditatē ꝛ intēti exigentiā ſtilo.
et diminutis q̄ꝫ ac nudis ob breuitatē. i cō
pactiſq̄ꝫ interdū ſed ꝯgruis p moꝝ traditi/
one ſentētijs edit⁹. nouis xp̄i diſcipulis p
aliq̄li ſpeculo inſpiciēdus ꝓponit. vt p pau/
ca ſibi ꝓpoſita. occaſionalit̄ fiant in pluribꝫ
cautiores. Da ſapiēti occaſionē ait Sa/
lomon. ꝛ addet ei ſapiā. Attendāt tn̄ q̄/
dam h̄ accipiēda fore cōiter ꝛ magis ꝛ min⁹
ploco ꝛ tp̄e obſeruāda. licet nō ſp̄ p ſingul̄
ꝯditionū modificatio replicet̄. Prudēs.
vt rerū varietas exigit. ita ſe accomodat tē
pori. nō ſe in aliq̄bꝫ mutās ſed poti⁹ aptās.
ſicut man⁹ q̄ eadē eſt cū in palmū extendit̄.
ꝛ cū in pugillū cōſtringit̄. Nec moueat ſi
qua p iunioribꝫ impertinētia videant̄. p inde
iunior in bis ſepe q̄ ip̄m excedūt inſtruit̄ vt
ſenioꝝ ſe ꝓpoſito applicās. ſit q̄ntū congruit
aptior ad agēda. cautior ad cauēda Pro
lixitatē fore trit⁹ ſi q̄s fuerit inſpector cau
ſabit̄. ſed neceſſariā in expertis dicendorū ex/
preſſionē aduertat. Nec facile rudes p q̄
bus eſt opa generalibꝫ poſſe comatibꝫ. id ē.
breuibꝫ ꝛ incōpletis ſententijs erudiri. aut
ꝯciſis paſſim pficere paradoxis. vnoq̄ꝫ ni/
bilomin⁹ nouerit titulo multa q̄nq̄ꝫ pſtrin
gi. que ſpecialē req̄rerent explicāda tracta
tum. Duas aūt p̄ticulas. p̄ncipalē vicꝫ ꝛ
incidentalē ſm̄ ſeries babet. Principal̄
in duas diuidit̄. In q̄rū p̄ma de p̄paratorijs
ad diſciplinā ꝛ aliq̄bꝫ eius effectibꝫ inci
dent̄. in ſcd̄a de ip̄a pleni⁹ tractat̄. Pre/
paratoria ſunt p modū p̄ncipij medij ꝛ po/
ſtremi. Depoſitio vetuſtatꝭ. ſtabilitas men
tis aduerſus tēptatiōes diaboli. ꝛ ſubiecti
onis hūilitas. p̄mū p̄parationē inchoat. ſe/
cūdū ꝯtinuat. tertiū vero ꝯſumat. Ser
uanda erit vbiq̄ꝫ maioꝝ ꝛ minoꝝ paragra/
phoꝝ diſtinctio. ad ſeriei ꝛ ordinis euiden
tiam ampliorē.

De vetuſtatis depoſitione.
Capitulum I.

Deponendus eſt ſm̄ apl'm vetus hō. et induend⁹ eſt nouus. Quod pfecte im/
plent q̄ trāſitorijs abdicatꝭ nō ſolū pctā ve
rūetiā occaſiōes fugiūt pctōꝝ. veterīq̄ꝫ fer/
mento p purā ꝯfeſſionē pleni⁹ expurgato. i
vite nouitate pfecta. ſoli p eligūt dn̄o mili/
tare. In odore igit̄ vngentoꝝ chriſti per

cōpendioſam ꝛ tutā ſacre religiōis ſemitā
currere cupiētes. p̄us reꝝ tp̄aliū faſciculoſ
deprimētes abijciāt. vt ab om̄i tā poſſeſſio/
ne q̄ꝫ cura penit⁹ expediti xp̄m dn̄m expedi
te ſequant̄. ꝛ nō ſint ei temptatōnis occaſio
vel ruine. Et ſi ante religiōis ingreſſum
nō fuerint expediti. poſt ingreſſuꝫ ſaltē ex/
peditionē hm̄oi p alias pſonas vel p lr̄as
iuxta ſupioris arbitriū q̄nta pn̄t accelera/
tione pcurēt. nō expectatꝭ oportunitatibuſ
aut vtilitatibꝫ deceptorijs. q̄s freq̄nter dia
bolus ſub ſpecie pietatꝭ aſſumit. Sūma
ſit eis vtilitas vtilitates hu⁹ mūdi ꝯtēnere
ꝓpter chriſtū. iuxta v̄bū ſcī Hiero. Nemo
renūciatur⁹ ſeclo. bn̄ pōt vendere q̄ cōtem/
pſit vt vēderet. Si habes inq̄t in ptāte rē
tuā vende. ſi nō habes. proijce. Totū do de
dit. q̄ ſeip̄m obtulit. Poſt religiōis igreſ
ſum ꝯtinue debēt ꝯfeſſioni faciēde vacare
ꝛ de oībꝫ q̄ in ſeculo a puericia cōmiſert ad
memoriā q̄ntū poterūt ſtudioſa ſollicitudi
ne reuocatꝭ generalit̄ ꝯfiteri. Maloꝝ nāq̄ꝫ
ꝯfeſſio. initiū eſt bonoꝝ. Ordinis ḡ ſtatus.
reijcit res atq̄ꝫ reatus.

De conſtātia mentis ꝛ cautela ꝯtra temptationes diabolicas. Capl'm II

Quoniā aūt pharao pſequit̄ iſraelē fugientē. ꝛ ꝯtēpt⁹ ſurgit in ſcādala.
nunc apte nūc occulte ſub ſpecie bo
ni piculoſius tēptans. faciāt q̄ ſcriptū eſt.
Fili accedēs ad ſeruitutē dei ſta in iuſticia
ꝛ timore. ꝛ p̄para aīam tuā ad tēptationeꝫ.
Solēt p̄cipue vires temptatiōi prebere
fluctuatio mētis circa ꝓpoſitū ingreſſure vl̄
ingreſſe religiōis tarda tepidaq̄ꝫ repulſio.
ꝛ deiectio ſp̄us deſolati. Ea ꝓpter in p̄/
mis in ꝓpoſito ſctō cor ſuū oīno ſtabiliant ꝛ
ꝯfirment. ne velut harūdo diuerſis vento/
rū flatibꝫ agitati. vacillēt. Optimū ē inq̄t
apl'us gratia ſtabilire cor. Et Proſper ait.
Quelibet hoiem (donec ſe in eo q̄ elegit
certa diffinitiōe ꝯfirmet. velut in q̄dā deli/
beratiōis incerte biuio cōſtitutū) diſcerpit
ip̄a diuerſitas volūtatū. Virt⁹ inq̄t horta
tur ꝛ puocat. vt diffinitōis ambiguitate de
poſita ꝓpoſitū ſpiritale ſuſcipiat. pſeueratu
rū ſe in ſuſcepti labore ꝓpoſiti nō ſua poſſi/
bilitate ſed dn̄i miſeratione ꝯfirmet. Cogi
tet q̄nti ꝛ q̄uāte potuerūt ꝛ pn̄t q̄ ſe poſſe
deſperat. vnō illi potuerūt inde ſe poſſe fir
miter credat. meminerit illud apl'i. Fideliſ
deus q̄ vocauit vos. q̄ etiam faciet ꝛc̄. Qui

dd 3

Abdicatio rerū
ꝛ Generalis cōfeſſio
ordīs aſſūpti ſtabilimentū

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſperant in dn̄o mutabunt fortitudinē.cur/
rent ⁊ nō laborabunt.ambulabūt ⁊ nō de/
ficient. Ad hoc temptationū ⁊ cogitatio
nū malaruz viriliter ꝑncipijs ⁊ abſq; more
diſpendio eſt obſtandū. Et ſi earuz inſult⁹
ſpiritū inquietēt non ſolū familiarꝭ confeſ/
ſor verūetiā fratres alij ſeniores ſunt in ad
iutoriū aduocandi. vt vni⁹ debilitas mul/
toruz adiutorio ſuſtēteť. Frater q̇ adiuuať
a fratre.quaſi ciuitas firma. Qui antē vul/
nus detegere vel auxilium petere negligit.
ſua nō immerito negligētia perit. Deniq;
cū diabolus ſerui dei ſpiritū ꝑ triſticiā de/
ijcere ſtudeat.ipam ſi qn̄ irrepſerit citi⁹ re/
pellentes.chriſto dn̄o qui datorē hilarē di/
ligit in cordis leticia famulenť. attendētes
ſollicite ne ꝺ ſua vnq; vocatiōe ingrati aut
tepidi regratiatores appareāt coram deo.
vbi ſol radiat gr̄e.nubilū turbatiōis abſce/
dat. Solet in aqua turbida latere piſcatu
rus aniam.coluber tortuoſus. Maximū
inhabitantꝭ gr̄e ſignū.ſpiritualis leticia.

Spūale gaudiū

Porro q̇ vocantis gr̄az nō agnoſcit.in/
dignū ſe vocationis fructu cōſtituit. Be
neficijs ingrat⁹ exhibitis.ineptus efficitur
exhibēdis. Ualet quoq; interdū ꝯuerſiſ
ꝓ anīe ſalute mutatio loci. Plerūq; em̄ dū
mutať locus.mutať ⁊ mentꝭ affectus. Ua/
let ꝓ mentꝭ temptatiōib⁹ impulſe preſidio.
Ualet ꝓ moꝝ citius ac ꝑfecti⁹ aſſequendo
peculio.extra cognationē ⁊ patriaz vel ad
temp⁹ ſecedere. Uerū qꝛ ꝑ ſe nullo mo/
do ſufficerēt ad machinamenta diaboli re
pellenda ad chriſtū (ꝓpter quē oīa ꝯtem/
pſerunt q̇ eſt temptatoꝝ refugiū.et debiliū
fortitudo.q̇ ſe fideliter inuocantib⁹ facit cū
temptatione ꝓuentuz vt valeant ſuſtinere)
crebris ſupplicationib⁹ ⁊ deuotis recurrāt.
vt qui eos dignat⁹ eſt de fornace babylōis
eripere.bonū in eis ꝑficiat qđ incepit. Fre
quēs ⁊ feruens orō diſſipat oīe malū.olle
feruenti muſce nō inſident.

Gratitudo

Feruor

## Quō neceſſaria ſit ad diſcipline ſuſcepti onem humilitas. Capl'm III

DEniq; quoniā vt ait Hugo.ſicut ce
ra niſi p⁹ emollita fuerit. formaz n̄
recipit.ſic ⁊ hō quidē ad formā ꝟtu
tis nō flectitur.niſi ab omi elatiōis ⁊ cōtra/
dictionis rigore ꝑ humilitatē humilieť.ne/
ceſſe habēt q̇ diſcipline cupiūt morib⁹ ifor
mari.vt humilitatꝭ radicem in corde figere
ſtudeāt. ⁊ tumorē ꝓprie volūtatis pſumpti
onis ⁊ irreuerētie viciū que a ſupbia proce
dere ſolent.tā in re q; in ſigno vigilanti⁹ ca
ueant.vt humilitas ancille more.locū ꝑpa/
ret diſcipline.

Humilitas

## De captiuatione volūtatis ꝓprie. Capl'm IIII.

VOluntatē itaq; ꝓpriā ingenti curēt
ſtudio captiuare. Quid em̄ pro/
deſt ſub vni⁹ ordinatiōe viuentib⁹
q; facultates ſuas abijciūt.ſi ꝓprias volun/
tates nō relinquūt.cū ſit p̄ſtanti⁹ volunta/
tib⁹ renunciare q; reb⁹. Tota religiōis ꝑ
fectio.in volūtatis ꝓprie abdicatiōe cōſiſtit.
quare potiſſimū ꝑfectiōis ⁊ diſcipline idu/
ſtrius appetitor. volūtatib⁹ ꝓprijs edoman/
dis.⁊ p̄ſidentiū nutui ſubiugandis inuigi/
lat. Profecto in duob⁹ erit ſubiecte ꝓba
tio volūtatis.ſi videlicz in iniūctis deuote
obediat.et in agēdis ſuis ſemꝑ habere au/
ctoritatē obediētie nō omittat. Primi.ħ
eſt obediētie in iniūctis patet neceſſitas.pa
tet ⁊ meriti magnitudo. Naz quicq̇d vice
dei p̄cipit hō.qđ nō ſit tn̄ certum diſplicere
deo.ħ oīno ſic accipiendū eſt q̄ſi p̄cipiat de
us. Ad meritū etiā melior eſt obediētia
q; victime.ſetēq; obedientie holocauſto ni
hil deo grati⁹ exhibeť. Nemo ad ꝑfecti
onis ſemitā currendā magis expeditus q;
verus obediēs. Quāobrē obediētie filij
ſe totū ad obediendū exponāt.moxq; vt p̄/
lati vocem audierint. quaſi diuinit⁹ impe/
retur.morā pati neſciāt. ſed relictis oīb⁹
ad iniūcta queq; fideliť exeq̄nda prompta
deuotione ꝯſurgāt.vt vicino obediētie pe/
de velut vno momēto iubentis vocē. facti
exhibitione ſequanť. Perfecta obedien
tia ſua imꝑfecta relinq̇t. Quinimo nec bo/
nus obediēs ꝟbū expectat.vbi de ſupioris
ſibi ꝯſtiterit voluntate. Illū autez opti/
mū dixerim obediētie gradū. cū eo animo
opus iniunctū recipiť quo et p̄cipiť.cuz ex
voluntate iubentꝭ pendet intērio exequen
tis. Nunq; de maioꝝ ſnīa iudicēt.quorū
officij eſt obedire⁊ implere q̄ iuſſa ſunt.de/
inde ſi ad ꝑfectuz volūt obediētie ꝑuenire.
ꝯſtanti ſecū deliberatiōe ꝓponāt.deuote ſꝑ
ad oīa obedire. Si q̇d igiť graue vľ im
poſſibile forte iniungiť. ſuſcipiāt quidē cū
omi manſuetudine iubentꝭ imperiū. Qđ
ſi oīo ſuarū viriū pondus excedat.impoſſi/
bilitatꝭ ſue cauſas ei q̇ p̄eſt patienť ⁊ opor/
tune inſinuēt, nō ſupbiēdo vel ꝯtradicēdo Nr

vel alias leui murmure reſiſtēdo Si ad
huc ſupior in ſua manſerit ſentētia. ita ſibi
nouerit expedire. ⁊ ex charitate de adiuto/
rio dei cōfiſi obediāt. Chriſt⁹ fact⁹ eſt pro
nobis obediēs vſq̧ ad mortē. mortē autē
crucis. Qui licet ad p̄rem p calicis trāſlati
one clamauerit. ꝯtinuo tamē adiūxit. Ve/
rūtamē nō mea volūtas. ſed tua fiat. Nō
ſolū maioribꝫ. ſed ſibi etiā īuicē obedientiā
certatim impendāt Incūbit chriſti diſci
pulo. vt omi petēti ſe tribuat. Exēplo apl'i.
volūtarios ſe oim̄ ſeruos ꝯſtituant. Sint
vt ſcriptū eſt. ſubiecti īuicē in timore chriſti
Scdi neceſſitas. h̄ eſt obediētie in agen
dis. ne q̄d videlicet ſine obediētia p̄ſumat̄.
q̄a ſimplicioribꝫ forte aliquibꝫ min⁹ patet.
aliquāta videt̄ ꝓſecutione tangēda. Ha
benda eſt plane in agēdis obediētie ſancte
auctoritas. ſine q̄ nec ēt ipa bona ſūt bona
Voluntas ſiquidē ꝓpria boni virtutē ꝯfir/
met. Sanct⁹ Bernard⁹ ſup Cantica ait
Grande malū ꝓpria volūtas. q̄ fit inquit vt
bona tua bona nō ſint. Etem̄ ſi in die ieiu/
nij mei inueniat̄ volūtas mea. nō tale ieiu/
niū elegit dn̄s. nec ſapit illi ieiuniū meū. q̄d
nō obedientiā ſed viciū volūtatis ꝓprie ſa/
pit. Et ſubdit. Ego autē nō ſolū de ieiunio
ſed de ſilentio. de vigilijs. de orōne. de lecti
one. de opere manuū. poſtremo de om̄i ob
ſeruātia monachi. vbi inuenit̄ volūtas ſua
in eo ⁊ nō obediētia magiſtri ſui. idipm̄ ſen
tio. mīme prorſus obſuantias illas. ⁊ ſi bo
nas in ſe int̄ virtutes cenſuerim deputan/
das. Itaq̧ noui xp̄i diſcipuli ſemetipos pe
nitus abnegātes in agēdis ſuis. i. in opati/
onibꝫ. locutiōibꝫ ⁊ rerū q̄rūlibet vſu. non ꝓ
priam voluntatē. ſed ſupioꝝ ī om̄ibꝫ diſpo
ſitionē ſeq̄ntur. p quibꝫ tn̄ ſit ſpecialis coꝝ
licentia vl' aſſenſus hn̄dus. ꝯſiderari opor
tet. Et p̄mo circa opationes videndū. q̄
earū quedā cōmūes ſeu ꝯuētuales. quedā
ſpeciales ſeu pſonales eſſe noſcunt̄. Spe
cialiū em̄ quedā ad primū. quedā ad perſo
nā ptinent opantis. Pro ꝯuentualibꝫ q̄ cō
mune ſil' attingūt collegiū. exequēt̄ nō eſt
licentia req̄renda. cū ad hmōi ſit eaten⁹ ſu/
perioꝝ licentia. imo impoſitio generat̄'. vt
ea q̄ ſiue in choro ſiue in refectorio ſiue ali/
bi mō p̄dicto ad vite ꝯuentualis ꝯſuetudi/
nē ptinent. null⁹ ꝯuentualis auctoritate ꝓ/
pria. p̄ter euidētē neceſſitatē licite p̄termit/
tat. Inde eſt q̄ ab officio chori ab aliq̄ vide

licet hora canonica. vel a p̄ma cōuent⁹ refe
ctione. aut a ꝯuentualibꝫ alijs quēq̧ abſq̧
licentia remanere vel aſſiſtētē recedere. his
necdū in collegio ꝯſummatis nō licet. Pro
ſpecialibꝫ ad primi alteri⁹ fratris neceſſita/
tem ſpectātibꝫ (nullū cōmunis ſeu cōuen/
tualis vite ꝯſuetudini aut executiōi ſpecia
liter iniunctoꝝ impedimentū p̄ſtantibus)
nequaq̧ ad ſupiores ſic nec p cōmunibꝫ ꝓ
licentia dixerim recurrenduꝫ. cū ſcđm apl'm.
alter alteri⁹ onera portare. ⁊ p charitatē ſpi
ritus ſeruire īuicē debeam⁹. Verūtamē tē/
pore q̄ cōuentualia. vl' alias iniūcta fieri de
bent. nō ſunt p̄ter licētiaꝫ ſpecialia ſeu gra/
tuita hmōi facienda. Illa q̄ꝫ que ad q̄tidia
na cōmuniū officioꝝ obſequia. vl' ad primi
neceſſitatē nō ptineāt corpalē. quale eſt ſcri
bere in q̄terno ⁊ alia hmōi ſi'lia. maxie ſi oc
cupationē plixiorē inducūt. agenda ſūt de
ſupioꝝ aſſenſu. Pro ſpecialibꝫ ad pſonā o/
perātis ſpectātibꝫ. ſiue ad carnis mortifica
tionē ptineāt. vt ſunt vigilie nimis longe.
vel abſtinētie ſingl'ares. ſiue ad exercitium
ſpectēt opis manual' p ſe vel p aliū. faciendi
licētia querat̄. ſine q̄ religioſus ſuas ſingu/
laritates facere nō debet. q̄ppe cui nec cor/
pus ſuū habere licet in ꝓpria voluntate. Et
q̄d ſine pmiſſione p̄ris ſpūalis fit. p̄ſumpti
oni deputabit̄ ⁊ vane gl'ie nō mercedi. Nec
pōt ſibi opari p volito ſiue p ſcribēdo. ſiue
alia faciēdo. ſiue in rebꝫ ſuo vſui deputatis.
vt ſunt libri. veſtes. lecti. et alia hmōi p alia
īmutando. Incōgrue quoq̧ pvno. res plu
ribꝫ ſeruitura mutat̄. Fit res freq̄nt̄ ex mu
tatione deterior. ⁊ q̄d mihi ſtudioſe coapto
alijs diſcoapto. Hec de opibꝫ Nec tamē
negauerim ad mīma ſeu exilia q̄dā ⁊ vix re
putanda alicui⁹ momēti. ſolā ſufficere con/
niuentiā p̄latoꝝ Circa locutiōem h̄ tene
ant. vt corā ſupiore maxime ī capl'o ſine ei⁹
aſſenſu p̄habito. nō loquant̄. alias de neceſ
ſarijs ⁊ honeſtis. loco ⁊ tpe debitis. loqui p
ut eis ordinatū fuerit. poterūt int̄ fratres.
Locutio vero cū extraneis ſiue ſeculares (
licet fratribꝫ obſequētes ſiue religioſi quili
bet fuerint) fratribꝫ nouicijs eſt pbationis
tpe penit⁹ interdicta. ſine frē pfeſſo. q̄ om/
nia loquētis verba ⁊ rn̄dētis audiat ſine li
centia ſpecialit̄. ſine q̄ nec ad portaꝫ nec ad
extraneos ipis indulget̄ acceſſus. Perſo/
nis tn̄ huiuſmōi ſi occurrerint poterūt in/
clinare. vel ſi loc⁹ aut temp⁹ loquēdi fuerit.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

⁊ non poterint ſubterfugere bono mō. eos breuiter ſalutare. Si de loquēdo ſecuꝫ requirat̃ ab eis. rn̄dere humilit̃ debēt ſe loquendi aut morādi licētiā nō habere. Nulla prorſus alia eoꝝ audiant verba. nec cuꝫ eis aliquaten⁹ ſedeāt. vel vlteri⁹ cōmorent̃ ſed ſi locutionē neceſſitas exigit vel honeſtas. dicāt ad eos obtenta ſi poterūt licentia reuerſuros. Valeq̄ʒ recedendo potius faciāt. q̄ʒ morādo. De licētia tn̄ hmōi ꝑlato eſt cauti⁹ ꝓuidendū vel ab ipo tm̄. vel ab eoꝝ inſtructore (q̄ eſt eis ab ipo religionis ingreſſu ſpecialit̃ aſſignādus) ſemꝑ cū ꝑſens in domo fuerit requirat̃. ne a diuerſis nō abſq̄ʒ vitāde ꝯfuſionis periculo. minus ꝓuide ꝯcedat̃. Circa receptionē rerū diſtributionē ⁊ vſum. qm̄ a ſupiorū auctoritate dependēt. duo ꝑcipue ſubdit̃ attendenda vident̃. Primū vt qui dat aliq̄d illud ex officio poſſit dare. Scōm vt det q̄dem nō ſm̄ ꝓpriam voluntatē. ſed ꝓut ſibi a ſupiore fuerit conſtitutū. Nec ſupflue dixerim ad officiū attendendū. Qui em̄ nō habet officiū adminiſtratōis. nihil alijs debꝫ cōmutare. vel in fraudē horū dimittere poteſt. Rurſum ipoꝝ officialiū officia ſunt diſtincta. Alijs nāq̄ʒ neceſſariaꝝ rerū. nō tn̄ ꝓcuratarū eſt diſtributio cōmiſſa. ab illis autem nō eſt abſq̄ʒ licentia recipienduꝫ aliq̄d ſpeciale. Alijs autē iuxta diuerſa rerū officia cōmunis diſtributio reruꝫ cōmittit̃. ab his cōmunia ipa (ſi ordinarie qn̄ ſcꝫ et vbi vel quō iuxta ſui limitationeꝫ officij diſtribuere debent diſtribuūt) licite recipi pn̄t.

Qui vero extraordinarie poſtulat. ad licentiā ſupioris recurrat. Preter cōia ſupradicta q̄cunq̄ʒ rem aliquā occulte ſine ſuperioꝝ aſſenſu recipit habet vl' vtit̃. a religionis delirat licētia. ⁊ quicq̄d habꝫ male habet. Porro cū illud ꝓpriū eſſe dicat̃ de q̄ diſpenſare licet iuxta ꝓpriā voluntateꝫ. omi aſſenſu alio circūſcripto. nō pauꝑ ſed dominus reputand⁹ videt̃ qui rē quācūq̄ʒ alijs diſtribuendo vt libet ſine ſupioꝝ auctoritate diſpenſat. Res ſunt quideꝫ cōmunes. ſed vſus diſpoſitio ꝑtinet ad ꝑlatos. vt per eoꝝ curā ſingul' iuxta modū ⁊ regulā ſibi a ſanctis aplis ꝯſtitutā. ꝓut vnicuiq̄ʒ op⁹ fuerit diuidant̃. Vſurpat⁹ aūt ſine licentia rerū vſus culpabilit̃ temereq̄ʒ ꝑſumitur. ⁊ prorſus illicite vendicat̃. Statutum q̄ʒ religioſe mancipatiōis euadit. q̄ in vſu ꝓpo rem aliquā ſiue a parētib⁹ ſiue a q̄buſdā alijs recipit. aut qd̄ maioꝛ culpe recepta occultans. ſupioꝝ iudicio nō exponit. Qui rem ſibi collatā celauerit. ſctūs Aug⁹. cum furti cenſet in iudicio ꝯdēnandū. Nulla em̄ res quā ſupior nō dederit aut ꝑmiſerit eſt licita ꝓpriū abdicāti. Sunt q̄ oblata nō ſibi ſed ꝑlato mox deferenda recipe licitum eſtimāt. ſed reglari priuato receptiōeꝫ occultā nō dixerim eſſe tutaꝫ. In comodandis ꝑ cohabitātiū indigētia rebus. nō eſt lex poſita charitati. Poſſum rē fratri petenti exponere ꝯcedendā. nō tn̄ impēdere vendicādā. Proinde frēs nouicij nullaten⁹ ſine licētia nec a ſeinuiceꝫ neq̄ʒ a fratre neq̄ʒ a q̄cūq̄ʒ homie rē aliquā ſiue tabulas ſiue acum ſiue aliq̄d q̄dlibet accipe. aut dare attemptēt aliqua rōne. Sic nec lr̄as ad ſe miſſas recipiāt. aut aliq̄ caſu receptas aperiāt. que a portitore vel eo q̄ recepit eas prius debēt ad ſuperiorē. vel ſi ſupior ordinauerit ad coꝝ inſtructoreꝫ deferri. Sic nec rem alteri⁹ fratris vſui deputataꝫ. ꝑter ipius fratris ꝯſciāꝫ occupare licebit. Genus eſt furti ⁊ plerūq̄ʒ turbatiōis occaſio. rē fratris vſui deditā. eo ſi aſſit inſcio detinere. Poteſt fidelis ſeru⁹ ⁊ prudens nōnulla ꝑ loco ⁊ tpe facere de tacito. vel ꝓbabiliter ꝑſumpto ſupioꝝ aſſenſu. ad ipm̄ deniq̄ʒ finaliter acta queq̄ʒ ꝑ auſuꝫ hmōi relaturus. De cetero quicq̄d religioſus boni facit aut dicit qd̄ ſuo nō nouerit diſplicere ꝑlato. a vere obediētie merito nō fraudatur. Felix hec ſeruitus. imo glo'ſa libertas. quā q̄s ſponte in regiā vendit⁹ ſeruitutem. deū ⁊ eius vicarios poti⁹ q̄ʒ ſeipm̄ ſupſe regnare ꝯſtituēſ. ſue prorſus renūciat voluntati.

## De preſumptiōe tam in re q̄ʒ in ſigno. Capitulū V.

PReſumptionē interiorē ⁊ exteriorē ſumope fugiāt. Interiorē vt ſenſuꝫ ſuum ſenſui nō ꝑferāt alioꝝ. nec de bonis ſibi a deo collat̃ inaniter extollant̃. imo intantū ceteris ſe inferiores ⁊ viliores ex intimo cordis credāt affectu. vt nec ſe aliq̄d etiā eſſe exiſtiment. Nempe ſm̄ apl'm q̄ ſe exiſtimat aliq̄d eſſe cū nihil ſit. ipe ſe ſeducit. Neminē ſpernāt. neminē iudicent cū frequent̃ hūanū fallat̃ iudiciū. Et beato Aug⁹. teſte ſepe ſpecies facti ſe alit̃ habꝫ. aliter anim⁹ facientiſ. Hic de oib⁹ q̄ occur/

rerint ſentiāt. licȝ rei nō intelligāt rationē.
Omīa puerſe pn̄t puertere mētes. Ex/
terioris p̄ſumptōis ⁊ ſupbie notā. in omni
actiōe ſua. geſtu ⁊ v̄bo ſūmo ſtudio fugiāt.
q̄ hūilitatꝭ ſunt in oībꝫ amplexātes. Reſpe
ctu actiōis p̄ſumptionē in officijs ⁊ in locis
euitēt. In officijs p̄lationis vel ordinis.
aut in alijs q̄ aliquā videnť ſupioritatē hēre
nihil ſibi vſurpēt. Liber a culpa nō eſt. q̄
alienū vſurpat officiū. Preſente ſupiore
vľ alio fratre maiore q̄ꝫ ipi fuerint ordie cō
ſtituto. ad incipiēdū extraordinarie officiū
ad bn̄dicendū cibū vel potū. ad dandū fra
tribꝫ aquā benedictam. vel ad alia hmōi ſe
nullaten⁹ ingerāt. Ad diuinū q̄ȝ officiū
nequaq̄ꝫ poſt ſeniores. vľ alios maioris or
dinis gradu pmotos. ꝓprio legant iniectu.
q̄m quidē nullus oīno in mīori ordie cōſti
tut⁹ poſt aliū maioris ordinis pmittēd⁹ eſt
legere. niſi neceſſitate cogēte. ľ legētiū ordi
ne pmutato. vt in aliqͣbꝫ feſtis fieri ſolet. p̄/
terq̄ꝫ in omelia q̄ntū ad p̄mā lectionē. quaȝ
ratione euāgelij dyacon⁹ legere ſolet. Le/
ctiones aūt que de omelia ſupſunt. nō ſunt
ab alijs facile q̄ꝫ a ſacerdotibꝫ preſumēde.

In choro p diſſonātia forte cantantiū.
vel ob aliā huiuſmōi cauſam manū ad for/
maȝ pcutere. in menſa ictu cultelli vľ q̄mo/
dolibet aliter ſignuȝ cū ſono facere ad eos
quoꝝ eſt ſup defectibꝫ chori vel menſe intē/
dere ptinet. nec huiuſmōi facile debēt ab a/
lijs vſurpari. Multa tn̄ ſunt ſupioribꝫ lici/
ta. q̄ repꝛhenſibiliter ab alijs preſumuntur.

Adhuc q̄ꝛ nouiſſimū eligi locū mgr̄ ipſe
humilitatis hortať. locis ſemp nouiſſimis
nouicij gaudeāt. Supſtitioſe (his ſalua
qui q̄ſi p cōmūitatꝭ zelo aliud dogmatizāt)
nunq̄ꝫ in choro vel mēſa vel alibi ad prima
ſe ingerant loca. ſed ad ea pot⁹ adeo caute
ſedula ſi valuerint puiſiōe declinent. vt vix
ab alijs ppendať. Alias oīno caueāt ne cō/
gregatiōis ordinē turbēt. et fiant inť alios
ꝑ tumultus occaſiōe notabiles. Cauendū
p̄inde ne dūmō vitať p̄ſumptio inordinati
onis accedat ꝯfuſio. Vitāda vbiq̄ꝫ diſcō
uenientie nota. maxime in cōuētu. Loc⁹
ſupior ad quē neceſſitas vel ſupioꝝ trahit
inductio. p̄ſumptiōis vicium non inducit.

Porro moleſta eſt hūilitas q̄ ꝯtentioni
deſeruit. Si qn̄ iuxta ſupiorem vľ alios ſe
niores neceſſario ſederint. nō ſe nimis ap/
plicent iuxta eos Iuniori ſiquidē aliquā a
ſeniore diſtātiā. reuerētie rit⁹ īdicit. Anti
quior aūt frať in ordie vľ ali⁹ in officio p̄mi
nens. licȝ etate ſit iunior. ſenior appellatur.
Etas ſenectutꝭ vita īmaculata. Preſūptio
nē in geſtu. elatū caput. ſublimiores oculi.
facies vultuoſa declarant. Nā vt ait Pro/
ſper. Erecta ceruix. ⁊ truces oculi. et ſermo
terribiľ. nudā ſupbiā clamāt. Sed ⁊ q̄n
tū p mēbroꝝ miniſteriū p̄t dep̄hēdi. prima
ſupbie oſtentatio in oculꝭ eſſe ſolet. Qui
inclinauerit oclos ſuos ipe ſaluabiť ſm̄ nā
q̄ꝫ euangelꝭ. Si fuerit tu⁹ oculus ſimplex.
totū corp⁹ lucidū. ecōtra. ſi neq̄m. totū tene
broſum. Preſūptio etiā geſtus ī ſignis ⁊
nutibꝫ freq̄nť agnoſciť. vt ex ēpli grā. ſi q̄s ī
choro vel alibi p fratrum defectibꝫ ſatirice
nubilū vultuoſitatꝭ aſſumat. vľ leui cachin
no. i. riſu. vľ motu capitꝭ. oculoꝝ circūluſtra
tione. nariū ꝯtractiōe. labioꝝ cōpꝛeſſiōe. vel
alio q̄uis modo. defectū fratrꝭ tacite argu/
at vel ſubſannet. Si errante in choro vľ
in menſa lectore. ſubmuſitet aut circūſpici
at. q̄ſi eū legentꝭ defectus nō lateat. qđ fre/
q̄uēter ſolent facere min⁹ docti. In locu
tione notať p̄ſumptio. ſi qđ diciť nō ptinet
ad dicentē. aut dicēdi mod⁹ aliquē ſupbie
typum p̄tendat. aut p loco tp̄e ⁊ pſonis fue
rit a locutione ceſſandū. Propť p̄mū hu
milis frať de alienis factꝭ inq̄rēdis ſe nul/
laten⁹ itromittat. alios frēs docere regere
arguere vľ eiſ aliq̄d īponere n̄ p̄ſumat. q̄ꝛ h̄
eſſet ſenioꝝ ľ ſupioꝝ officiū vſurpare. Su
perbꝫ aūt (vt ait ſctūs Bern̄.) p̄ma die q̄ ī/
grediť habitare. īcipit leges dare. p̄t tn̄ frať
ſi ſup aliq̄ cū inſtātia req̄rať. petētibꝫ ſup in
terrogata hūiliter r̄ndere. vel inſinuare qđ
ſentit. ita tn̄ vt ꝯtra reſiſtētes. dicta ſua pti/
naciter nllā rōne defendat. Qui etiaȝ alij
ſupioris mādatū inſinuat ſup aliq̄ faciēdo.
mandati auctoritateȝ cū hūilitate ꝓponat.
ne qđ denunciat ipe imponere videať. Si
ꝓpriū cogať recōmendare officiū. nequaq̄ꝫ
imperiū imponētis vſurpet. ſed id ſuppleri
a ſocijs obſecratiōe humili obtineat. Pre/
ſumptionē ergo euitat prudēs humilitas.
p̄ſumit tn̄ interdū hūiliter viſceroſa et pro/
uida charitas. In modo loquēdi viciuȝ
p̄ſumptionis innuiť. ſi illud qđ diciť. iactā/
ter. impetuoſe. clamoroſe. cōtentioſe. deſpe
ctiue. vel nimis rigide ꝓponať. Suauiť eñ
⁊ hūiliter eſt loquēdū Ruſus q̄ loco. tp̄e
vel qui loco ſilentij. aut ī ſupioꝝ ſenioꝝ aut



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

cõuentus pſentia nõ cõprimit linguã ſuã. pſumptuoſus ꝛ intemperãs merito iudicatur. Loqui tñ in medio magnatorũ nõ pſumas. ait ſapiens. Et iterũ. In medio ſeniorum nõ adijcias loqui. Hoc pcipue intẽperantie ꝛ pſumptiõis eſt nota. ſi nou⁹ frater in ordine vel iunior quiſpiã ſeniore preſente ſine ipſius nutu. maxime coraꝫ extraneis loqui aut rñdere pſumit. niſi ex officio vel cõmiſſo habeat ꝑus loqui. Tempantia eſt. ait Proſper. ꝙ pſtam⁹ loquẽti ſeniori ſilentiũ. qđ ipſius ad loquẽdũ pſtolamur imperiũ. In pſentia vero cõuent⁹ nullũ cõuenit loqui ſine requiſito ſupioꝝ aſſenſu. niſi tm̃ ſe accuſando. vł ad interrogata ſupiori. vel corrigẽti ad menſaꝫ breuiter ꝛ humilit̃ rñdendo. ¶ Ut breuit̃ voce ſancti Bernardi pſumptuoſuꝫ agnoſcas. Prius ait in cõuentu reſidet. in cõſilijs ꝑus rñdet. non vocatus accedit. nõ iuſſus ſe intromittit. reordinat ordinata. reficit facta. vilẽ ſe ſi nõ emineat eſtimans. ꝛ humilẽ inter alios erubeſcens. in locis ꝛ ceteris que honorem redolent ſe q̃buſlibet alijs parificare contendit. audax ipſe. ad q̃libet fit frontoſus ꝛ impudens. qđ eſt maximũ viciũ in neophito ꝛ iuuene. religionis cõfuſio. iuuenis pſumptuoſus ꝛ effrons. rephenſibilis maxime in iuuene pſumptio. quẽ mag̃ hũilitas ſtabilit. verecũdia ornat. venuſtat ſimplicitas. ꝛ ior inſignit. ꝛ aptũ efficit diſcipline cui⁹ initiuꝫ eſt. Qui ſine timore eſt. nõ poterit iuſtificari.

¶ De irreuerentia. Caplm̃ VI.

Irreuerentie deniq̃ʒ viciũ eſt humili dei ſeruo vitãdũ. cũ ſcriptũ ſit. Cui honorem honorẽ. ꝛ honore inuicẽ p̃uenientes. Attendit̃ irreuerẽtia reſpectu pſonarũ. loci ſacri ꝛ tempis. officij diuini ꝛ rerũ eidem officio ſpecialit̃ ordinatarum.

De reuerẽtia p̃latis aut alijs fratribus. etatis aut ꝑoritatis aut diuturnitat̃ in ordine grã. vel ob ſacri ordinis gradũ vł ꝓ vite merito exhibenda. ſanctoꝝ dicta patrũ. ꝛ vera humilitas q̃ nõ ſolũ p̃latis ꝛ ſenioribus. verũetiã equalib⁹ ꝛ inferiorib⁹ ſe ſpontanea ſubijcit voluntate. plen⁹ docẽt. et ei⁹ oppoſitũ deteſtant̃. Nõ ſeniorib⁹ tm̃. imo et om̃ib⁹ honorẽ Petr⁹ aplus ſentiebat exhibendũ. Deferre hũiliter ſocijs honoreꝫ charitatis. ẽ fraterne fomentũ. ꝯſciẽtie bone. illuſtriſq̃ʒ animi euidẽs argumentũ vix

niſi ſocio deferas. cũ ipo ꝓficies. Eſt precipue cõuentui ꝛ ſuperiorib⁹ deferendũ. Cõuentus q̃deꝫ venerabilis. imo terribilis vt caſtrorũ acies chriſti ordinata. De ſupiore ſapiens ait. In medio fratrũ rector eorum in honore. Iſtis quãto maior eſt reuerẽtia exhibenda. tanto etiam maioris offenſe arguitur irreuerẽtia circa ipos. Sane cõmittẽdo et obmittẽdo irreuerẽtie ad ipos nota ꝯtrahitur. Cõmittendo ſi corã eis inordinatũ quippiã deliberate attemptetur. Unde nõ decet coram cõuentu in clauſtro vel alibi reſidente ſine debita maturitate ꝛ honeſtate. quãtũ ad membroꝝ ꝛ habit⁹ diſpoſitionẽ trãſire. vel eidẽ tranſeũti occurrere. ſi ab eo valeat comode declinare. aut tumultũ facere corã eo. Magnus vtiq̃ʒ reuerentie cultus cõuentuali ꝯgregationi debetur. quẽ qui muſitatiõib⁹ ſeu cachinis alia ve clamoris vel diſſolutionis laſciuia ſoluere nõ veretur. aut attrita fronte ſuperbus. q̃ arctari ſilentio dedignat̃. aut honeſtatis. aut religionis ignar⁹ liq̃do cõpbat̃.

Quod autẽ ſupiore pſente agit̃ min⁹ religioſe vel dicit̃. id ſibi turpius ꝓpter hoc q̃ mala in ei⁹ pſentia cõmittere nõ veret̃. ipm irreuereri ꝛ inhonorare cõuincit̃. mag̃ autem ſi cũ ſcienter ꝑ alicui⁹ inſolentiaꝫ facti vel importunitatẽ v̈bi. temerario auſu moleſter. Immo ꝺ̃ neceſſarijs docet beat⁹ Benedictus. ꝙ ſiqua req̃renda ſunt a maiore. cũ om̃i ſubiectione et humilitate reuerẽtie requirant̃. Cũ ipo autẽ p̃lato cõtendere nephas eſt. ꝛ execranda in ſubdito irreuerentie turpitudo. Deniq̃ʒ tã circa p̃latos q̃ʒ circa alios ſeniores cauendũ ne in attractatione. locutione. officioꝝ recõmendatiõe ac ſimilib⁹. aliqđ ad eos vel ſignũ vilificatiõis appareat. Nũq̃ʒ iunior frater ad ſeniores fratres caput. aures. vel faciẽ quaſi applaudendo. vel ob aliaꝫ quãlibet cauſaꝫ niſi neceſſariã manũ apponat. vel aliter cum eo facto vel v̈bo min⁹ reuerent̃ iocet̃. Qñ ſeniores ſibi preſentes alloquit̃. ꝛ ſi forte aliq̃n eoꝝ nomẽ ꝓpriũ. ipiſ quidẽ ex reuerẽtia ſupprimẽdũ neceſſario nomiat. ſꝫ tñ ꝯgnomẽ ſubticeat. niſi ꝓpter aſtãtes equocuꝫ ſpecificare cogat̃. Senioꝝ aurib⁹ nomẽ eius ꝓpriũ ł cognomẽ. niſi ex cã iunior irreuerent̃ iculcat. Uex licꝫ ĩvilitat̃ notã nomẽ ꝓpũ exp̃mi. ex amore vł reuerẽtia ſupprimi ſcriptura innuẽte nouerim⁹, ſine vicio tñ palã

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſenioꝛib ipis exprimitur. quādo irreuerē/
tie notam. mos modus et congruentia re/
dimunt. Sepe quod erat incōgruū. ne/
ceſſitas. grā vel cōſuetudo ↄuertit. Sapit
et viciū. ſi ad te verbo vel nutibus ſuperi/
orem accerſis. ad quem eſt tibi facilis aut
liber acceſſus. Honeſtiꝰ eñ ad eū cui reue
rentiā debeas tu accedis. q̄ȝ ipm ad te ac/
cedere facis. Nullus etiā frater eſt puro
noie appellādus. ſed ꝓprio noi apponenduȝ
eſt ſp religioſe ꝑnoiatiōis inſigne. Sȝ nec
ſolo cognoie. vel noie patrie. puta lūbardꝰ
vel gallicꝰ. frat̄ eſt aliq̄s nūcupandꝰ. Ad
hec humilia ⁊ laborioſa officia recōmēda/
re coeq̄lib ⁊ iunioꝛib maxime ↄuenit. Ex
aūt ſuū quiſq; officiū ſuo dūtaxat cōpari vt
accolitus accolito. ſubdiaconꝰ ſubdiacono
⁊ ſic de alijs. recōmēdet. in officio ſpecialit̄
diuino locū habet. vbi ꝑſonaꝝ nō q̄dē acce
ptio vicioſa. ſed ordīata diſcretio. iuxta cu/
iuſlibet ſtatū ⁊ ordinē eſt hn̄da. ne ordinuȝ
(ſanccita patrū auctoritate) diſtinctio con
fundat̄. ꝓpter h̄ ⁊ ſi cantoris officiū ad frēs
nouicios nullo mō ꝑtineat. ſi tñ ad h̄ ꝑ ſu/
periorē cogant̄. caute ꝓuideāt ꝙ lectiōes re
ſpōſoria ⁊ antiphonas diſtribuāt ordiate.
ordinū gradib obſ̄uatꝭ. Primas antipho
nas maioꝛib ꝑlato vl̄ hebdomadario. vel
ſeniori alicui ſacerdoti. vel qñ mos hȝ mi/
noꝛib in veſpis nocturno ⁊ laudib offerē/
tes. deinde poſt vnū vl̄ duos ſi oportuerit
frēs gradꝰ eiuſdē. ad alios ordiate ſ̄m gra
dus ordinū ꝓceſſuri. Nec facile diuerſorū i
ordinib graduuȝ frēs cōbinēt. aut minora
officia in maiori ordine ↄſtitutꝭ imponant.
Prius q̄ȝ ordinatos alijs ꝑferēdos. in/
ra decernūt. Si ꝑordinatiori vaniꝰ defe/
runt. ordini tñ ſemꝑ deferre nō obmittant.
Nunq̄ȝ ordinū ↄfuſionē in choro religi/
onē putēt. cū id magis abuſionē irreueren
tieq; obnoxiū eſſe ↄſtet. Oīa inq̄t apl̄s ho/
neſte ⁊ ordinate fiāt in vob. Et in Paralip.
de miſtris dñi dr̄. ꝙ ſtabāt ſ̄m ordinē ſuuȝ
in miniſterio. Si q̄s ſediliū chori dūta/
xat ordinē ſine alio ꝑſonaꝝ delectu in hu/
iuſmōi eſtimat obſ̄uandū. penſet ſi a carpē
tarijs ↄſtructus lignoꝛuȝ ordo in ſedib. ſit
ordini ꝑferēdus eccl̄iaſtico In ꝑſonis ſer
uandū in ecc̄ia ecc̄ie ordinē. decreuit aucto
ritas. eq̄tas ⁊ honeſtas. Omittendo no
tam irreuerētie q̄s incurrit. qñ ſenioꝛib et
maxime ꝑlatis honorē vel obſequiū debi/

tū m. aut in obſequio ipo negligit reuerē/
tiā exhibere. aliq̄ de hoc poſtꝰ expreſſiōe pa
tebunt. Honori q̄s detrahit ſi eis humi
liter nō aſſurgit. vel eis aſtantib ipe ſedet.
ſi deficientib in choro vel alibi ſedib. locū
eis nō offert. ſi eis in choro. in menſa. in ſe/
dēdo. eundo. ⁊ huiuſmōi. ſi comode poteſt
nō cedit. ¶ Obſequio detrahit ſi hec eoꝛuȝ
ꝑſonis qñ palā egent nō exhibet. Si eis in
aliquo humili vel laborioſo officio in ſui ꝑ
ſentia occupatis ſe ad id faciendū vl̄ coad
iuuanduȝ nō exhibet ſi quod ad ſe ex offi/
cio ꝑtinet eis ad faciendū dimittit. Ex/
pedit itaq; vt iuniores frēs ſenioꝛib fratri
bus humilit̄ deferentes eos in his q̄ pure
ſunt oneris nō honoris agenda. ſiue ad of
ficiū diuinū ꝑtineant ſiue ad alia humilita
tis officia ſtudeāt ꝑuenire. Ad prouidē/
dum de lumine ac libris in choro et extra.
ad officiū beate ꝟginis quātū ad inuitato/
riū. ⁊ lectiones cū plane dicunt̄. officiuȝ q̄ȝ
mortuoꝝ quātū ad primas lectiones. nec/
nō ad horarū verſiculos. vbi ad hec dicen/
da ꝑſens nō fuerit ſpecialiter aliq̄s aſſigna
tus. ad offerendū aquaȝ ꝓ manibus ablu/
endiſ. ad leuandū menſas finitis gratijs. ⁊
ad miniſtrandū celebrantib et altari. quo
tiens neceſſariū fuerit ex officio ſuo. ſiue in
minoꝛibus. ſiue in ſacris fuerint ordinibꝰ
cōſtituti. ſolliciti ſint ⁊ prompti. nec iſta aut
ſilia ſenioꝛib facienda derelinquāt Eru
beſcat diaconus vel ſubdiaconꝰ vacans et
obtendens officiū quod apte poteſt dimit/
tere vel differre. ſacerdote ad miſſam vice
dyaconi vel dyacono ꝓ ſubdyacono mini/
ſtrante. Nec magnū eſt. ſi hebdomadas
caſu ↄtinuet. ¶ Grauiora paſſim cōtinuāt̄
officia. Debet̄ cuilibet ordini gradus ſu
us. nec degradatioꝛibus eſt agendum. niſi
forte aliud cōgrua interdū cauſa depoſcat.
In obſequijs eoꝝ maxime qui vice chri
ſti noſtrarū ſunt animarū cuſtodes. nō eſt
reuerentia obmittenda ꝑ capucij abſtracti
onem. dū eis miniſtramus aut loquimur.
que ꝑ humilē corꝑis inclinationē ꝓ loco et
tempore. vel alias ꝑ humilē obſequēdi mo
dū oſtendit̄. Superb autē vt ait Pro/
ſper. non obſeruat in obſequijs reuerentiā
Stolidis quibuſdā decretum eſt nulli de
ferre. diſcretionem perſonarum et gradu/
um non curare. curantibus nunc adulati/
onis. nūc acceptōis ꝑſonaꝝ crimē ipigere

nancꝫ ad modū ꝯfuſiōis amici. vt ſupiori/
bus de ſupbia caueāt. ſibi nō cauēt. Fe/
dū em̄ irreuerētie viciū. p religiōe oſtendūt
Humilitatē maiorib9 exhibendā. euāge/
lij ſanctio ⁊ ꝓfeſſio nr̄a cōmēdat. Nuſq̄
tn̄ vt recolo ſupbiā alijs. ſeu temerariā pa/
ritatis vſurpationē indulget. Seniorū
eſt vtiq̄ vt hūilit᷑ ſentiāt. venerationē n̄ ap/
petant. hūiles ſe alijs ac ſociales exhibeāt.
Sapientꝫ eſt conſiliū. q̄nto magnus es
humilia te in oīb9. Sapiē vero ꝓceptū.
Qui maior eſt vr̄m fiat ſicͭ minor. Et pe/
trus cū dixiſſet. Adoleſcētes ſubditi eſtote
ſeniorib9. Pro vtriſq̄ intulit. Oēs inuicē
humilitatē inſinuate. Ceterū cū oī indif/
ferent᷑ ꝑſone hūilitas ſit quedā turris for/
titudinis a facie inimici. neſcio q̄ pacto ta/
men vis ei9 maior eſt in maiorib9. ⁊ clariori
bus clarior cōprobat᷑. Porro nō ſolū re
ſpectu ꝑſonaꝝ. vt dictū ē. verū etiā reſpectu
loci. vt eſt eccl'ia. maxime circa altare irreue
rentia eſt vitāda. Circa altare. vt cum ad
ipm̄ acceditur. maturior ⁊ hūilior geſt9 acce/
dentis ⁊ maxime miniſtrantꝫ deuotōez oſtē/
dat. nec aliq̄s cū impetu vel inhoneſte ac/
cedat. In eccl'ia vero cauēdū ne q̄ſq̄uis ex/
tra canonici tp̄s officij. loq̄ndo vel ridēdo.
vel aliq̄ quouis mō min9 honeſte aliq̄d fi/
at. In aulam regiā ingreſſurus ait ſcūs
Criſoſto. oculis inceſſu ⁊ habitu te cōpōis.
⁊ in eccl'iam ingreſſur9 q̄ vere eſt aula regia
rides. Eſt etiā ſacro tpi. h̄ eſt dn̄icꝫ dieb9
⁊ ſolenniorib9 deferendū. vt in eis a cōmu/
ni opeꝝ occupatione ceſſet᷑. ⁊ diuinis officijs
attenti9 inſiſtat᷑. Nā vt ait Hugo. Feſti di/
es aliud ſtudiū ⁊ aliū modū ꝯuerſandi exi/
gunt. atq̄ aliū hi in q̄b9 licet opari expoſcūt
In illis inq̄t nos oportet ad celebrāda my
ſteria diuina deuoti9 intēdere. atq̄ i orōnib9
diutius ꝑſeuerare. oēm deniq̄ actū ⁊ oēm
motū cordis pariter ⁊ corporis diuino miſterio
mancipare. atq̄ vt ita dicā. quadā ꝯuerſati
onis nouitate feſtos dies honorare. In ce
teris vero dieb9 in q̄b9 opari licet. null9 oīo
ocioſus apparere debꝫ. De irreuerētia i
diuinis officijs ⁊ reb9 ad ea ſpectātib9 cui/
tanda. infra p reuerētie poſitionē aget᷑.

## De diſciplina in generali. Ca. VII

Dicto de pparatorijs ad diſciplinā
⁊ aliq̄b9 ei9 effectib9 incident᷑ ſequit᷑
vt de ipa pleni9 exp̄mem9 q̄ vetuſta
te depoſita. animoq̄ ꝯtra hoſtis inſidias ſta/
bilito. ſup radicē hūilitatiſ ꝯſurgit Primo
in generali q̄d ſit. q̄ ſit ei9 vtilitas. q̄liter ad
ei9 ꝑueniat᷑ noticiā. ⁊ de ipi9 cuſtodia. dein/
de in ſpeciali dicam9. Diſciplina eſt vt ait
Hugo. ꝯuerſatio bona ⁊ honeſta. cui parū
eſt mala nō agere. ſed ſtudet etiā i his q̄ be/
ne agit p cūcta irreprehenſibilis apparere.
Itē diſciplina eſt oīm mēbroꝝ mot9 or/
dinatus. ⁊ diſpoſitio decēs in oī habitu et
actiōe. Audiſtis inq̄t diſciplina quid ſit.
Nunc attēdite q̄ꝫ vtilis ⁊ neceſſaria ſit. Di/
ſciplina eſt maloꝝ deſiderioꝝ carcer. frenū
laſciuie. elatiōis iugū. q̄ domat intēperātiā
leuitatē ligat. ⁊ inordiatos mot9 mentꝫ ſuf/
focat. Sicut em̄ de incōſtantia mētꝫ na/
ſcitur inordinata motio corporis. ita quo/
q̄ dū corp9 p diſciplinā ſtringit᷑. anim9 ad
ꝯſtantiā ſolidat᷑. ⁊ paulatim intrinſec9 mēs
ad quietē cōponit᷑. cū p diſcipline cuſtodiā
mali mot9 foras fluere nō ſinunt᷑. Sed qui
ſtatū mentis ꝑdit. ſubſeq̄nter foris i incon
ſtantiā motiōis defluit. atq̄ i exteriori mo/
bilitate indicat q̄ nulla interi9 radice ſubſi
ſtat. Unde p Salomonē dr̄. Hō apoſtata
vir inutilis. gradit᷑ ore ꝑuerſo. annuit ocu/
lis. terit pede. digito loquit᷑. Scientiā q̄
ad inſtitutionē recte et honeſte viuēdi ꝑti/
net. multꝫ modis hoīem colligere ⁊ cōpara
re ſibi oportet. partim rōne. partim doctri
na partim exēplo. partim meditatiōe ſctāꝝ
ſcripturaꝝ. partim aſſidua inſpectiōe opeꝝ
⁊ moꝝ ſuoꝝ. hoc nouiſſimū maxime fortaſſiſ
p̄ ceteris neceſſariū. vt ſic ſcꝫ hō in oīb9 opi
bus ſuis ſit circūſpect9 ⁊ ꝓuidus. ⁊ q̄tidia/
na diſcuſſione cogitatiōes. locutiōes pari
ter ⁊ facta ſua apud ſemetipm̄ examiet. Sa
piētes ſemꝑ q̄ppe agendo diſcūt. ⁊ p exerci/
tiū bonoꝝ opeꝝ q̄tidianis ꝓfectib9 i maio/
rē ꝟtutis agnitionē excreſcūt. Per expe/
rientiā nāq̄ eoꝝ que faciunt. ad ea q̄ poſtea
agenda fuerint cautiores fiūt. Et q̄ſq̄uis
i nll'o loco diſciplinā ſuā hō deſerere debe
at. diligenti9 tn̄ ⁊ magis ſollicite ibi eſt ſuā/
da vbi neglecta generat ſcandalū. vel cuſto
dita bone imitatiōis exemplū. Hinc di/
ſcernendū erit q̄ ſint illa q̄ in diſciplina cu/
ſtodiēda nūq̄ intermitti. ⁊ q̄ rurſū illa ſint
que p loco ⁊ tp̄e nunc intermitti nūc exerce
ri volunt. Sepe tn̄ etiā illa q̄ in publico
neceſſaria ſunt. ꝓus in ſecreto exercitatōis
vſum expoſcūt. q2 ⁊ ſi prorſus ea in occulto
negligimus. vti poſtmodū eis dū opus eſt

in publico nō valem⁹. ꝛ tūc aut pſus a di/
ſciplina deficiētes intuētibꝫ ſcādalū facim⁹
aut inepte id qd̄ in nob̄ nō eſt. ſimulare co/
nantes irriſionē excitam⁹.

## De diſciplina in ſpeciali. Ca. VIII

Iam de diſciplina ī ſpeciali int̄ frēs
ꝛ extraneos ſuāda vidēdū. Int̄
frēs ꝑmo de diſciplia circa ſpūalia
q̄dā. deinde circa corꝑalia. Circa ſpūalia
ſ͞o ꝑmo q̄ntū ad amotionē mali. ꝛ q̄ntū ad
poſitōnē boni. Quo ad amotōnē mali erit
ꝑmo de diſciplina circa ꝯfeſſiōez ꝑuatam.
deinde circa publicā attēdēdū. Et cū diſci/
plina ꝑ Hugo. vt dictū eſt. bona ꝛ boneſta
ꝯuerſatio deſcribat̄. i dicēdis de ea ad bo/
nitatē ſil̄ ꝛ boneſtatē. ꝯſideratōis ē ocul⁹ di
rigend⁹.

## De diſciplina circa ꝯfeſſionez priuatam. Capl̄m IX.

De q̄tidianis offenſis ſine q̄bꝫ hec vi
ta nō ducit̄ faciēda erit ꝯfeſſio. de ꝑ
uatis ꝑuata. d̄ publicis publica. ꝛ ni/
hilomin⁹ q̄nq̄ꝫ ꝑuata. Attēdēdū d̄ ꝯfeſſiōe
ꝑuata. q̄bꝫ q̄tiēs q̄n ꝛ vbi fieri debeat. ꝛ q̄ ſit
circa eā nouis frībꝫ diſciplina ſuāda. De
bēt ſupiori quē vl̄ ſi ipe ordiauerit iſtructo
ri ſuo ꝛ nō aliq̄. niſi ī ei⁹ abſentia ei tm̄ quez
ſupior vl̄ iſtructor de ſuperioꝝ aſſenſu eis du
xerit aſſignādū. tribꝫ vicibꝫ in q̄libꝫ hebdo
mada. vl̄ pluries ſm̄ q̄ ncc̄e habuerit. indi
cto ſibi tp̄e ꝛ loco ꝑ ſacri reuerētia cū diligē
tia ꝯfiteri. Nūq̄ꝫ eis placeat vicaria ī ꝯfeſ/
ſiōe ꝯfeſſoꝝ mutatio. vt nūc vni ꝯfiteāt̄ nūc
alteri. q̄n potī⁹ ſi q̄n id cogat neceſſitas. no/
tabilia deinde ad ꝑncipalē referāt ꝯfeſſorē
Cā m̄ deuotōis eadez plibꝫ pn̄t ꝯfiteri.
Alit̄ nō ē ꝯſcie ordiate ſeu pure varios q̄re
re ꝯfeſſores. ſit tn̄ ſalubrit̄ vt cui de pctis ꝑ
teritis ſel̄ general̄r q̄s ē ꝯfeſſus. de q̄tidianis
etiā ꝯfiteat̄ eidē. vl̄ nouo ſi heſerit curatori
ſuoꝝ denuo vulneꝝ ꝑfecte apiat corrupte/
lā. Diſciplinā circa ꝯfeſſiōez diſcretio pu/
ritas ꝛ reuerētia ꝑbāt Habeāt diſcretōis
cautelā. vt an̄q̄ꝫ ad ꝯfeſſionē accedāt. diligē
ti ſup ꝯfitēdis ꝯſideratōe ꝑhabita offenſas
ꝑus ſuas ſpeciales. deīn alias ſeriati ꝛ bre
uit̄ ſine culpaꝝ ꝛ ꝟboꝝ replicatōe inutili ꝑſe/
q̄ntes. ꝯfeſſionē ſuā ſub ꝑma et vltia culpe
noīatiōe ꝯcludāt. Aliq̄ tn̄ deuotōi iterdū
vl̄ ꝯſcie replicatio idulget̄. Sit ꝛ pura cō/
feſſio vt ꝯfiteat̄ ſimpl̄r ꝛ deuote ſine excuſa
tione. ſine accuſatiōe. ſine noīatiōe alteri⁹.
de q̄bꝫ ꝯſciaꝫ habuerit remordētez. Nec
ſpecialia paſſim ſub generalitate ꝑtrāſeāt.
Tēptatōes ſuas ꝛ cogitatōes malas nul
la rōne occultēt. nō ꝯtēnāt modica. ne pau
latim defluāt ad maiora. In domo q̄m ſub
intrās radi⁹ ſolis illumiat. q̄ntūcūq̄ꝫ licet
fuerit ꝑmūdata. athomi nihilomin⁹ diligē
ti⁹ intuēti apparent. ſic ꝛ cor radiis grē illu/
ſtratū etiā mīma videt. ac vicioꝝ laq̄os ſub
tili examiatiōe diſcernit. Quāto q̄s fue/
rit mente purgatior. tāto ſe ſordidiorē vide
bit. ꝛ maiores cās hūilitatis inueniet. De
ponēde tn̄ ſūt ſcrupuloſitates q̄dā ſupflue
q̄ ꝯſciam in erroris ꝯfuſionē iducūt. Re/
uerentiā nō ſolū interiorē veꝝ etiā exterio/
rē decet ꝯfitentē hr̄e. vt ſuo deferēs ꝯfeſſo/
ri ſe illi ſiue in eleuatione capitis ſiue in alia
corꝑis diſpoſitiōe ſi comode vitare poterit
nō coequet. ſed flexis genibꝫ dū cōfitet̄. nu/
dato ac dimiſſo capite ſit hūilit̄ corā eo.

## De diſciplia circa ꝯfeſſiōez publicā X

Offenſe publice publicā vt dictuꝫ ē
ꝯfeſſionē req̄rūt. Circa quā attē
denduꝫ eſt eis vbi de q̄bꝫ ꝛ q̄lit̄ fieri
debeat. Cōfeſſionē hm̄ōi facere dn̄t aut
corā ſupiore i capl̄o ꝑfeſſoꝝ ſi adeē liceat. ꝛ
ſit moris. aut corā iſtructore ſuo. q̄n tenet eis
ca. ſeparī aut alibi ꝑuate corā aliq̄ l̄ aliq̄bꝫ ſi
ꝑuate offenderit corā eis. An̄ oīa ſi ꝑcepe
rit ſe fctō l̄ ꝟbo aliq̄m l̄ leuit̄ offēdiſſe an̄ cō/
meſtionē l̄ ſōnū eū hūili ſtudeāt ſatiſfactiōe
placare ꝛ i petitōe vēie ꝑueire. ne ali⁹ ꝑueni
ens d̄ māibꝫ eoꝝ hūilitatis mercedē ſubripi
at. In capl̄o ꝑfeſſoꝝ ſtati p⁹ ꝑcioſa recōmē
datōibꝫ factis ſe d̄ māifeſtioribꝫ ꝛ maioribꝫ of
fenſ accuſēt Deinde ipm̄ capl̄m ī ſil̄ exitu
ri. ꝛ ad locū ſibi determiatū ad q̄m n̄ ſit ſecla/
riū acceſſ⁹ ituri. Nos tn̄ iā apud mltos
ꝑinde abnuit frēs nouos i capl̄o ſatiſface/
re ꝑfeſſoꝝ. ſꝫ ꝑ eoꝝ offenſ ſu⁹ ibidē ꝑclamat̄
ſeu ꝑmonet̄ iſtructor. In ſcd̄o. ca. vicꝫ in/
ſtructoris. qd̄ dꝫ eis tenere duabꝫ vicibꝫ l̄ plu
ries ſi ſupiori videbit̄ i q̄libꝫ ſeptiana ſup ꝑ
dictis ſi i prio ca. nō fuerit ſatiſfactū. Alioq̄n
ſup notabilibꝫ ꝛ aptis iuxta eiuſdē iſtructoris
monitōes. offenſ ꝛ negligētiis ſe accuſent.
Qui ſup his d̄ q̄bꝫ ſibi expedire videbit̄ eos
caritatiue corripiēs. ꝑut cuiuſq̄ꝫ moribꝫ vi/
debit̄ expedire. ſalutaribꝫ dꝫ iſtruere docu
mētis ꝯſiderās diligēt̄ vtꝝ deū q̄rant ex aīo.
ſi ſint ad orōnē vigiles ꝛ ad diuinū officiū
ſolliciti. ſi ad iniuncta faciles ꝛ deuoti. ſi ad
correctionē ꝛ obprobria patiētes. vt ſic de

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

morib⁹ eoꝝ et ꝓpoſito habeat plenioꝛ certi-
tudo. Matrē ſe illis in lenitatꝫ dulcedīe
p̄rem i correctiōis cenſura exhibeat. Sit
ſeverioꝛ iudicio ꝙ̄ ſmōe Qui dulcꝫ ē elo
quio maioꝛa repiet. Nec opoꝛtet ꝙ eis
pn̄iam corā toto ꝯuētu publice faciendaꝫ
ſine ꝯſcia ſupioꝛis imponat. Poſtremo
vt diſciplinato ⁊ debito mō fiat hmōi ꝯfeſ-
ſio. debēt circa eā honeſtatē. cautelā. ⁊ hūili
tatem ſuare. Honeſtatē vt culpe narra-
tionē nudo capite. ⁊ nō ridēdo. nō circūſpi-
ciendo. aut cū manu aliq̄d faciēdo. ſed iun-
ctis manib⁹ poti⁹. vel alit̄ honeſte diſpoſitꝫ
exequant̄. De cautela dictuꝫ eſt in capl̄o
p̄cedēti. quā in h̄ p̄cipue habeāt. vt ſe pau-
cis v̄bis expediāt. ⁊ in culpa ſua nullū aliū
ꝙ̄ ſeipos inuoluāt. qd̄ ⁊ cautelā et puritatē
ꝯcernit. Humilitatē habere debēt in ge
ſtu coꝛpis ⁊ in v̄bis. In geſtu quideꝫ vt ad
terrā iuxta fratrū ꝯſuetudinē ſe ꝓſternant
hūiliter. In v̄bis autē vt v̄ba ſubiectōis ⁊
pn̄ie nullā ſint oīno notā ſupbie vl̄ impati-
entie ꝯtinētia. Qn̄ in capl̄o vel extra ni-
mis auſtere vel minus iuſte ſup aliq̄ argu-
untur ſuo iudicio. nō turbent̄ aīo. ſꝫ poti⁹
ꝓ fratrū diligētia circa ipos q̄ ſuos amant
arguūt ⁊ caſtigāt. ⁊ exercitio v̄tutis oblato.
in dn̄o gaudeāt ⁊ exultēt. ad v̄ba ⁊ verbera
ꝓpter chriſtū gratant̄ ⁊ hūilit̄ parati ſuſtinē
da. Et licet frēs profeſſi aliqn̄ ꝓpter infir
mos ꝓuide duxerint abſtinēdū ne ꝓ q̄libet
offenſa rep̄hendāt eos indifferent̄. aut ni-
mis ſupbe. ꝙ̄uis pie. vt ſi q̄d in eis rep̄hen
ſibile viderint. ſuo ꝯſulti⁹ denūcient inſtru
ctoꝛi. Ipi tn̄ frēs nouicij ab oīb⁹ coꝛri
pi ⁊ ab oīb⁹ erudiri affectēt. Qui non
vult coꝛripi nō vult coꝛrigi. ait q̄dā. Ad-
moneberis inq̄t libent̄. rep̄henderꝫ patien
ter. Probata ſiq̄dē patiētie v̄tus reddet eoſ
deo ⁊ fratrib⁹ gratioſos Culpā ſuā nul-
lo mō defendāt. Nimirū vt ait beat⁹ Gre-
goꝛi⁹. que defendit̄ culpa. geminat̄. Sed ſi
ſentiūt ſe immunes ſatiſfactōe ſp q̄ntūcūꝗ
fuerint innocētes hūiliter p̄oblata. poſſūt
innocentiā ſuā cū reuerentia tn̄ coꝛripienti
oñdere. ſi req̄ſiti fuerint aut ꝑmiſſi. Vn̄
ſanct⁹ Franciſc⁹. Beat⁹ ſuus q̄ nō eſt ve-
lox ad ſe excuſandū. ⁊ hūiliter ſuſtinet vere-
cundiā ⁊ rep̄henſionē de peccato. vbi nō cō
miſit culpā.

De diſciplina quo ad poſitionē boni.
Capitulū XI.

Congruit iā de diſciplina q̄ ad poſi
tionē boni aliq̄d tangere. Et pri-
mo de diſciplina circa infoꝛmatōeꝫ
coꝛdis. ad quā eſt lectio illumināſ intelle-
ctū. ⁊ oꝛo accendēs affectū. Scd̄o circa ex-
ercitationē ad quā diuinū ſpectat officiuꝫ.
Tercio circa exercitationē opis ad quā ſpe
ctat altarꝫ miniſteriū. De diſciplina cir
ca coꝛdis īfoꝛmatōeꝫ ⁊ p̄mo d̄ oꝛone. XII
Inſtent oꝛoni feruent̄. nō ſolū i oꝛa
toꝛio. veꝛetiā vbicūꝗ fuerit cū ipi
ſint tēplū dei. Aut certe i lectꝫ occul
te ac ſine ꝑceptibili ſibilo. Quippe tāto ſe
curioꝛ q̄nto ſecretioꝛ exiſtit oꝛo. Et q̄i ca
pitulū ſibimetipis tenētes. in q̄ ꝓficiāt l̄ de
ficiāt. q̄tidiana ſecū diſcuſſiōe ꝑq̄rāt Devo
catiōe ſua ⁊ innūerꝫ bn̄ficijs ſaluatoꝛꝫ grās
ei debitas tota mentꝫ deuotione ſoluētes.
qd̄ inchoauerūt bonū ab eo ꝑfici inſtātiſſi-
ma oꝛone depoſcāt. Nec ſolū ꝓ ſe veꝛetiā
ꝓ alijs tā viuis ꝙ̄ moꝛtuis oꝛēt. ⁊ q̄i q̄ddaꝫ
memēto ſibi ꝯſtituāt. Poterit oꝛatur⁹ ꝑ
mo de laude dei incipe. hinc impēſa ſibi be
neficia mēoꝛari. deinde nc̄citates q̄s patit̄
⁊ defect⁹ exponere. poſtremo hūilit̄ poſtu-
lare. Oꝛdo tn̄ ⁊ mod⁹ quē ſpūſſctūs ſugge
rit eſt ſuād⁹ in oꝛone. ⁊ q̄ affectui magis ſa-
pit. Ad oꝛādi ſtudiū meditatio ꝓuocat ⁊ i-
foꝛmat. Hugo dic̄. Sic oꝛoni ſcā medita
tio neceſſaria ē. vt oīno ꝑfecta eē oꝛō neq̄at.
ſi eā meditatio nō comitet̄ aut p̄cedat. Nā
hi q̄ mala ſua ꝯſiderare negligūt. aut nihil
petēdo. facile ꝑ ignoꝛātiaꝫ fallunt̄. aut certe
min⁹ ꝙ̄ opoꝛtet digne petēdo ꝑ deſidiā te-
peſcūt. Quāto hō magꝫ mala ſua itelligit
tāto āpli⁹ ſuſpirat ⁊ gemit. Primū ḡ nc̄cē ē.
vt ſi prudēt̄ ⁊ vtilit̄ deū oꝛare volum⁹. aīm
nr̄m iugi meditatōe exerceā⁹. Et i ꝯſidera
tiōe mīſie nr̄e diſcam⁹ q̄d nob̄ nc̄cē ſit pete
re. ⁊ i ꝯſideratiōe miſc̄dīe dei nr̄i. q̄ deſide-
rio debeam⁹ poſtulare Iſtꝫ duab⁹ alis. ſ.
miſeria hoīs ⁊ miſc̄dia dei redēptoꝛꝫ oꝛo
ſubleuat̄. Sit aūt ſp deuota q̄ opoꝛunita
te inuet̄. freq̄ntia foueat̄. Deuotiōeꝫ. intē-
tio. diligētia. puritas ⁊ affectio ꝓbāt. To-
ta mētꝫ itētio a curꝫ extioꝛib⁹ reuocata oꝛo
nis ē vigilātie applicanda. ne aliq̄d aliud p̄t
id ſolū qd̄ p̄cat̄ anim⁹ cogitet. Vn̄ Iſido.
Nō ē labioꝝ ſꝫ coꝛdis oꝛō. Dū oꝛāt ſicſe
metipos cōſiderēt. tāꝗ p̄ſentatos domino
maieſtatis. Negligētes autē oꝛones nec
ab ipo domīe impetrare valēt qd̄ volunt.

Et nō in multiloq̄o ſed ī puritate cordiſ ⁊ cōpunctiōe lachrymarꝫ nos exaudiri ſciamus. Et iō breuis debꝫ eſſe ⁊ pura oro. niſi forte ex affectu inſpiratiōis diuīe gratie ꝓtendat̄. Quāto vero timore feruore ⁊ reuerētia ſit dn̄o ſupplicandū inſinuauit q̄ docuit nunq̄ȝ ſine gemitu eſſe orandum.

Oportunitas loci ⁊ tp̄is. q̄etis motuum internorꝫ. diſpoſite affectōis ⁊ ociȷ̄ ad orandū nō trāſeat ocioſa. Qui oportunitatē deſerit. oportunitas eū fugit. Iſidorus. Oratio ꝓuatꝭ locis oportuniꝰ fundit̄. cum deo tm̄ teſte depromit̄ Proderit ḡ aliq̄n ad obtinendā cōpūctionē. ſi ita ſemoti fuerint. vt puras manꝰ ad celū leuādo. etiā ſuam interdū audiāt vocē. Nōnunq̄ȝ etiaȝ ad ſubleuādā intētionē in celū ſuſpiciāt. vt corpus parit̄ ⁊ animꝰ tendat̄ ad dn̄m. ⁊ ibi ſit cor vbi eſt theſaurꝰ ſuus dn̄s ieſus chriſtus. Ceterū mane ⁊ veſpe tp̄s eſt orōnis oportunū. qđ penitꝰ peculiari vacuū orōne ſi vacat culpabilit̄ p̄terit̄. Maxime aūt cū ꝓfundū nocturnꝰ ſopor indicit ſilentiū. tūc plane liberior erit puriorq̄ȝ orō. nullo tunc turbata clamore. nulla aſpicientꝭ laude tēptata. Sic mētis trāquillitas ⁊ q̄dā ſpontanea q̄nq̄ȝ animi ꝓmptitudo. imo inſpiratio q̄ ſe offert. ociȷ̄q̄ȝ libertas. nō innoxie negligunt̄. q̄ etiā ſi deſierint labore ſunt q̄daȝ ac ſtudio cōparanda. pſalmorꝫ. hymnoruȝ. ſctārū meditationū. ⁊ genuflexiōis inſtantia. deuotiōis eſt ſpūs excitandus. Ociū ſi deſit ſicut ad cibū corp̄is. ita q̄ȝ ad refectionē anīe eſt vendicandū. Sicut em̄ carnalib̄ cibis alit̄ hō exterior. ſic deuotꝭ orōnib̄ homo interior paſcit̄ ⁊ nutrit̄. Porro deuotꝰ quiſq̄ȝ vix oportunitate fraudat̄.

Deū quē ex anīo q̄rit vbiq̄ȝ inuocās inuenit. ignauus ⁊ tepidꝰ nec in ip̄o valet oratorio orādi affectū inuenire. Plorat in ꝯuiuio magdalena. nec etiā p̄n̄tia eaꝫ impedit ꝯuiuarū. In ip̄o aūt tēplo deſipit ip̄e phariſeus. Eſt aūt freq̄nter orādū. q̄r orō ē hoſtis flagellū. pctōris ſubſidiū. ꝓximi ſolaciū. dei ſacrificiū. Freq̄ūs orō viciorū impugnationē extinguit. in orōne dat̄ volūtas bona. Orō grādis eſt munitio aīe.

Quāobrem poſt horas canonicas anq̄ȝ oratoriū exeāt. aliq̄d laudis vl' orōnis gratuitū deo munuſculū offerāt. quē frequenter ꝑ negligentiā in officiȷ̄ debiti exhibitōe offenderūt. Aſſueſcāt huic ꝯſuetudini ſctē frequēter inſiſtere ⁊ ꝯſtant̄. motuſq̄ȝ animi refugos diſcāt deo vl' paululū applicare.

## De diuino officio addiſcendo Capitulū XIII.

Lectionib̄ q̄ȝ diuinis eſt aīa nutrienda. idcirco illis q̄ ꝓmo circa diuinū officiū addiſcēdū ꝓut infra dicetur extiterint diligent̄ ꝑ inſtructōnē imbuendi. ſcp̄tura ē aliq̄ ex ſacra pagina ad morū informationē cōueniēs ꝓuidenda potiꝰ ſpūalis ꝯſolatiōis bn̄deq̄ȝ ſtudiȷ̄ grā. Nouorū ſtudiū fratrū in orōnis inſtātia ī diuini exercitio officiȷ̄ ⁊ fratrū obſequȷ̄s maxime debet eſſe. In lectiōe itaq̄ȝ ſi qua ſibi ꝑmitti ꝯtigerit nō magis q̄rant ſcientiā q̄ȝ ſaporē Hauriēdus ē ſepe de lectiōis ſerie affectꝰ ⁊ formāda inde orō q̄ lectionē aliq̄n interrūpat. H̄ modo diuīa lecta lectio ꝯfert intelligētiā ſalutarē. Et ſcia que ꝓ virtute deſpicit̄. ꝑ virtutē poſtmodū meliꝰ inuenit̄. Certis aūt horis certe lectiōi vacādū eſt. Fortuita lectio ⁊ q̄ſi caſu repta nō edificat ſed reddit inſtabilē aīam. Ceptis eſt ingenȷ̄s īmorādū. ⁊ aſſueſaciēdꝰ eſt animꝰ. Faſtidientꝭ ē ſtomachi multa degustare. De q̄tidiana lectiōe aliq̄d q̄tidie in ventre mēorie dimittendū eſt. qđ fideliꝰ digerat̄. ⁊ rurſum reuocatū crebriꝰ ruminetur. qđ ꝓpoſito ꝯueniat. qđ intentiōi ꝓficiat. qđ detineat animū vt aliena cogitare nō libeat.

## De diuino officio in generali. Capitulū XIIII.

Reſtat de officio ꝓut ē in addiſcēdo. deinde ꝓut eſt in exequēdo videre.

Addiſcēdū eſt diuīū officiū marie in ꝓncipio diligent̄. Et licꝫ de totali officio ⁊ ordinis eiꝰ vſu ſeu forma noticiā hr̄e oporteat. Sūt tn̄ q̄dā cōia. ſ. officiū bt̄ē marie ꝟginis ⁊ mortuorꝫ. cōe ꝺ ſctīs cū pſalmis. hymnis. ⁊ ceterꝭ oīb̄ ad illud ſpectātib̄. lectōib̄ tm̄ exceptꝭ. ꝓma. cōpletoriū ⁊ p̄cioſa. capl'a ⁊ p̄ces. ⁊ ſuffragia horaꝫ ferialiū. abſolutiones ⁊ bn̄dictiōes q̄ ī matutinis dicūt̄. hymni. ferie. laudūq̄ȝ pſalmi. ⁊ cātica. bn̄dictō q̄ȝ mēſe cū gratȷ̄s. necnō ⁊ pſalmi ꝓme dn̄icalis. oēs etiā pſalmi a cēteſimonono vſq̄ȝ ad vltimū. niſi totū (qđ magis expedit) diſcat̄ pſalteriū. ſūt cordetenꝰ addiſcēda. ⁊ mēti ꝑ exercitiū artiꝰ impꝓmēda. In ſabbatꝭ q̄ȝ et p̄cipuarū ſolennitatū vigilȷ̄s ꝓuidendū ē. diuinum officiū. tā in lr̄a q̄ȝ in nota. Quotiens aūt extra chorꝫ cātat̄. ꝓpter boneſtatē.

⁊ ne orāſtibꝰ vel ſtudētibꝰ fratribꝰ impedi/
mentū preſtetur. vocē in cantu deprimi de
cet. ⁊ poſt refectionē ꝑcipue. in verbis mo/
deſtiaȝ cōgruit obſeruare. Ante ſumptū
cibū. vt ait Hugo. magis hilares eſſe ꝯue/
nit. ne ipa nr̄a abſtinētia grauis et moleſta
videatᷣ. poſt vero magꝭ modeſtos ⁊ tacitos
ne ꝑ gule vicium crapula nos inflaſſe vide
atur.

## De diſciplina officiȷ̄ in choro. Capitulū XV.

Ad diſciplinā in diuio officio cuȝ in
eccīa dicitᷣ obſeruandā. reuerentia
ſpecialᷣ. diligētia quoqꝫ ⁊ honeſtas.
ꝑcipue requiruntᷣ. Reuerētia tā interior
ꝗ̄ exterior eſt hn̄da. Interior vt cū timo
re ⁊ hūilitate. tanꝗ̄ deo viſibilitᷣ pn̄te pſal/
lamus. De h̄ ait beatꝰ Benedictꝰ. vbiqꝫ
inquit credimꝰ diuinā eſſe pn̄tiaȝ. maxime
hic ſine dubitatiōe aliꝗ̄ credimꝰ cū ad diui
nū opus aſſiſtimꝰ. Ideo ſemꝑ memores ſi
mus qđ ait ꝓpheta. Seruite dn̄o in timo/
re. Conſideremꝰ ꝗ̄litᷣ oporteat nos in cō
ſpectu diuinitatꝭ ⁊ angeloꝝ eius aſſiſtere. ⁊
ſic ſtemꝰ ad pſallēdū. vt mens nr̄a ꝯcordet
voci nr̄e Reuerētia exterior in h̄ attendi
tur vt deuote inclinetᷣ. ⁊ qn̄ ſtandum fuerit
ſtetur. fiat etiā ꝓſtratio qn̄ fuerit facienda.
de quoꝝ diſciplina infra tāgetᷣ. Eſt et re/
uerentie vt ī officio ad ea q̄ more agēte ſin/
gulariter vnꝰ dicit. puta collectas. ꝟſiculos
⁊ alia queqꝫ hmōi. caput nudet. nēpe q̄ ab
vno dūtaxat in eccl'ia more dicuntᷣ. nuda/
to capite etiā hn̄t dici extra chorū. Orāduȝ
ſm̄ apl'm capite nō velato. ſaltē vbi ſolenni
aliꝗ̄d diſtinctiōe ꝓfertᷣ. Audi quoqꝫ reuerē
tia capitꝭ vel verticꝭ deuota q̄daȝ in officio
veneramur. verū irreuerēs nec ſolēnia nec
alia deuota diſcernit. Diligētiaȝ in offi/
cio ꝓbat ſtrēnuitas quedā. prudēſqꝫ ſollici
tudo hn̄s circa neceſſaria ꝓuidētiā. ⁊ cōtra
impedimēta tutelā. Strēnuitas corporis
inertiā fugat torporis. dormitatiōes q̄s pi
gritudo nutrit nō patitᷣ. Et q̄ppe intēta ſup
plicatio dormire cor mūdū vetat. Dor/
mitatio in officio tūc maxime imputatur. ⁊
omiſſi dicitᷣ reſtitutiōe officiȷ̄ redimēda. qn̄
manū in ſinu tenēdo. vl' ſegniter appodian
do. ei occaſionē q̄s p̄ſtat. aut ſubrepentē vi
riliter nō repellit. Prouidentia reſpectu
rerū ꝓuidendaꝝ ⁊ dicendaꝝ attenditᷣ. vt vi
delicet libri ⁊ alia neceſſaria ad officiū p̄pa
rentᷣ t̄pe oportuno. legēda quoqꝫ ⁊ cantāda
ſtudioſe ante p̄uiſa qn̄ ⁊ quō ſint dicēda di
cantᷣ. Debitꝰ legēdi ⁊ cantandi modꝰ eſt.
vt nec nimiū feſtinetᷣ. nec nimia fiat aut in/
equalis ꝓtractio. ſed cū pauſantibꝰ ſtatim
pauſetᷣ. vt vox vniꝰ vix inter alios diſcerni
poſſit. Cautela deniqꝫ ē neceſſaria vt eo/
rū que diuinū officiū impediūt occaſiones
vitentᷣ Ea ꝓpter dū officiū q̄s dicit nō de
bet ſtudere aut ꝑ libros reſpicere. aut ali/
cui ſiuitari poſſit occupatiōi vacare. ſiue in
lampadibꝰ p̄parādis. ſiue in q̄buſdā aliȷ̄s.
que vſqꝫ poſt officiū cōmode differri pn̄t.
Indignū quoqꝫ in diuio officio venan/
dis vermiculis ⁊ mactādis intēdere. quibꝰ
palaȝ in oratorio digitos aut ligna fedare.
frons inuerecūda nō metuit. Honeſtas
in choro in exterioꝝ actuū grauitate. in cor
poris decenti ⁊ vniformi diſpoſitiōe accipi
poteſt. Sane in ꝓpl'o graui laudatᷣ deus.
Grauitas autē inquietudinē. diſſolutionē
⁊ tumultū excludit. Inq̄etudo in motu
membroꝝ cōſiſtit. ſiue capitꝭ in circūagen/
do. ſiue oculoꝝ in circūſpiciēdo ꝑ chorū vl'
alibi. ad librū potius et ꝓ pſalmis vſitatis
tenēdis. vel ad terrā ꝓ vagis arcendis re/
ſpectibꝰ mentꝭ nō mediocriter vagationeȝ
cauſantibꝰ vrgendū. ſiue manuū in frican/
do vel voluēdo libroꝝ folia curioſe. vel ali/
ud ſupflue faciēdo. ſiue pedū in diſcurren/
do. vt ſi q̄s oratoriuȝ frequēter exeat. aut ꝑ
chorū friuolis occaſionibꝰ inuētis diſcur/
rat. Tunc etiā vtilia ſunt aliquotiēs dif
ferenda ꝓpter vitationē diſcurſus. Diſſo
lutio vero in ꝟbis aut riſu quibꝰ ī choro va
niſſimū eſt diſſolui verū ⁊ in cantu ꝯſidera
ri pōt. vt ſi q̄s punctos in nota nūc diminu
ens. nunc ꝓ ſuo libitu addens muliebriter
frangat. aut in falſetū extollat. qđ eſt cunctꝭ
⁊ maxime nouis fratribꝰ oīno imꝑtinens.
Nunq̄ in choro altiꝰ ceterꝭ cantēt. ſȝ cōmu
nē pſallentiū vocē teneāt. Ridiculū etiaȝ
ſi altiori ceteris voce q̄s cantās. poſt dicti/
onē vel ſillabā ab illa vocis altitudine red
dens. vel eā ꝑ interpolatiōes reſumens. nō
ꝯtinuet qđ incepit. Tumultꝰ in choro ꝑ
vocis ſuſurriū. ꝑ importunitatē ſpuēdi ſeu
excreandi. ſeu ꝑ impetuoſaȝ eleuationē vel
depoſitionē ſediliū fieri ſolet. Q̄ꝫ turpe
ſit in choro ſuſurrium palam eſt. neſcit ta/
men indiſciplinatus ⁊ leuis lubricā linguā
a ſibilis vel muſitationibꝰ cohibere. Vi/

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

tanda q̄z eſt in ꝯuentu oꝛõ ſibiloſa. Ine/
pta oꝛõ q̄ vna plures ⁊ ſepe deterioꝛ impe/
dit melioꝛes. Eſt etiã caute vitanduz. ne
dũ ſingulariť aliq̄ dicunť in choꝛo. vt colle
cte. capľa ⁊c. notabilis ſpuẽdo vel exreãdo
ſonit⁹ fiat. vſq̀ꝫ dũ capľa ipa. collecte vľ lecti
onis period⁹ cõpleať. Circa h̄ ẽt dũ p̄dica
tur aut legiť. ſiľis eſt opoꝛtunitas obſuan
da. Sedilia debẽt vero nõ paſſim cũ pe
de ſed cũ manu eleuari et caute deponi. ne
aliq̄s ex h̄ ſonit⁹ in domo dei audiať. Cõ
grue tñ lectionẽ vľ epľam incepturus expe
ctat. q̄uſq̀ꝫ ꝯſedentib⁹ fratrib⁹ ſediliuz ſiq̄s
fuerit tumultus q̄euerit. Ad hec honeſti
frẽs in coꝛpis diſpoſitiõe decenť et vnifoꝛ/
miter ſint in choꝛo. Decenť ꝙ ſine vaga
diſpoſitione vel turpi. Uaga vt qñ choꝛuz
ingreſſi vel intrãte vel aſtante ꝯuẽtu. nunc
ſegniter reſidẽt. nũc ſtãtes quidẽ hac ⁊ illac
membroꝝ vt languẽtiũ incõgrua q̄dã exa/
girationе ſe girãt. nunc ſtatue inſtar ſtallo
affixe. tm̄ e regione diſpoſiti. velut ſui obli/
ti. nec ad altare demiſſis vt decet luminib⁹
ante inceptũ officiũ oꝛaturi ſe vertũt vľ ali
as irreligioſe diſponũt. ſed nudato etiã ali
qñ capite circũquaq̀ꝫ vt ceru⁹ in ſaltu. vľ ru
ralis in theatro. girouagãdo reſpectib⁹ o/
culos in aduenientiũ vľ coaſtantiũ vult⁹ in
figunt. ſuoq̀ꝫ indiſciplinato intuitu quã ipi
negligũt collateraliũ etiã oꝛonẽ impediũt.

Turpis erit ſi ſint ibi molliť aut remiſſe
ſe in ſtallis ſuis. brachijs tibijſq̀ꝫ reſolutis.
notabiliť incuruãdo. aut in partẽ vnã peni
tus vt pñt ꝓtenſo in alterã coꝛpe accuban/
do. vt lecti mollicieẽ q̄rere videanť aut dũ ad
altare verſi ſup lignũ qđ ſtallũ diuidit ſe icli
nent extenſione ſcapularũ. vel capitꝭ anteri
oꝛis ſtalli ſpaciũ occupando. ⁊ tergũ ad re/
tro ſtantẽ ſociũ ꝓtendẽdo. aut dũ ſedẽt pe/
des ſuos vſq̀ꝫ ad ſcabellũ foꝛme ꝯtiguũz li
centius extendẽdo. Notabilis tibiaꝝ ex
tenſio vel dilatatio. dũ ſedeť min⁹ honeſta
eſt. Indecẽs ergo q̄ vaga ⁊ turpis eſt di
ſpoſitio. imo diffoꝛmitas. vtrobiq̀ꝫ ſꝫ maxi
me in dei officio cõuẽtu aſſiſtente vitanda.

Honeſtos p oĩa exigit moꝛes. ꝯuẽtualis
honeſtas. Uniformitas ẽ in ꝓſtratione
⁊ inclinatiõe ſpecialiť. q̀ꝫq̀ꝫ in alijs generali
ter obſuanda. In ꝓſtratiõe. vt nõ alius
ſube⁹ foꝛmã choꝛi ⁊ ali⁹ ſup ſedile. ſed oĩs
ſupꝛa dictã foꝛmã vniformiť ſe ꝓſternãt. et
operto capite ſilenť oꝛẽt. ne impediãt circũ/
ſtantes manu ad genas accubitãdo nunq̄ꝫ
applicata. aut brachijs extra eandẽ foꝛmaz
extentꝭ ſed ſup ipam honeſte ⁊ humiliť di/
ſpoſitis. In inclinatiõe. vt vniformiter
apud oĩes ſit tempeſtiua. deuota. ſuffici/
ens ⁊ honeſta. Tempeſtiua quidẽ. vt in/
clinatur⁹ ſurgendo ⁊ eleuãdo ſedile. temp⁹
vel paululũ inclinationis ꝑueniat. vt ver/
bi cauſa. qñ poſt pſalmũ fuerit inclinandũ.
verſus vltimi fine iã accedente ſurgať. q̄te/
nus deinde libere inclineť. vľ certe inclina
tionẽ ſedis aptatio ſubſequať. In incli/
natione vero debet deuotio apparere. vt fi
at humiliter ⁊ ꝓfunde. Nõ eſt deuoti ſed pi
gri. rigido ſtante coꝛpe tenui motu coꝛpo/
ris inclinare. Eſt eñ coꝛpus deꝓſſis ali/
quãtulũ renib⁹ ne capiti coequenť adeo di/
mittendũ vt ipm fere ſup genua brachijs
interpoſitꝭ reclineť. Alioquin inclina ſi no/
ſti facilius. tamẽ humiliter ⁊ ꝓfunde. Ex
tra choꝛũ tamẽ ⁊ aliqñ foꝛte in choꝛo ad of
ficium plane dictuz minoꝛ ſufficere poſſit
inclinatiõis ꝓfunditas. Sunt q̄ culpa/
bili admodũ remiſſione traducti. hunc re
uerentie cultũ dño ſubtrahẽtes euacuant.
dũ aut reſident pꝛoꝛſus vſq̀ꝫ poſt factã me/
moꝛiã trinitatꝭ. aut tunc etiã ſurgũt ⁊ ſedi/
li eleuando intendũt qñ fuerat inclinãdũ.
aut ex negligẽtie vicio nõ inclinãt. Quã/
ti tamẽ ſit hec nota detrimẽti. beata dei ge/
nitrix ſenioꝛi cuidã in choꝛo pſallentiũ fra
trũ indicaſſe referť. que inclinãtib⁹ ad ſan/
cte memoꝛiã trinitatis ſuũ ipa filiũ ſingu/
lis offerebat. quendã vero mime inclinan/
tem. verſo ab eo vultu velut indignuz hac
gratia ꝓtrãſibat. Sufficiẽs ſeu etiã ꝑfe/
cta debet eſſe inclinatio. vt ab ea citi⁹ debi/
to nõ ſurgatur. honoꝛ quidẽ patri ⁊ filio et
ſpũiſancto. ſine differẽtia exhibendus eſt.

Honeſtas quidẽ in coꝛpis manuũ ⁊ ha/
bitus decenti diſpoſitiõe cõſiſtit. Quan/
tũ ad habitũ maxime vt capucio caueatur.
ne operta fronte ſup oculos defluat incli/
nant. Proderit ad vniformitatẽ ſuãdã
cõmuni de officio noticiaz habere. Pul/
chꝛa valde vniformitas in ꝯuentu vbi de/
bent ⁊ moꝛes ⁊ animi ꝯuenire. Unanimes
vniformitas in cõuentu decet. que in moꝛi
bus plurium vnitiua vniformes oꝛdinat ⁊
decoꝛat.

## De diſciplina officij extra choꝛum. Capitulũ XVI.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

SI quãdo extra chorũ officiũ dixe/
rint. diligentiã nihilomin⁹ ⁊ hone/
ſtatem p̄dictã debẽt in quib⁹ pote/
runt ſtudioſe ſeruare. vt dimiſſis omib⁹ q̄/
cunqꝫ in manib⁹ fuerint. ſtantes cũ reuerẽ/
tia iuxta traditionẽ eccl'iaſtice diſcipline. p̄/
tercꝫ ad lectiões in matutinis. vel quando
alias creatori ſuo debitas cũ deuotiõe lau
des exoluent. flectẽtes genua. vl' inclinan/
tes ꝑ tempe cũ timore dei Si qñ eos ad
ſedendũ debilitas euidens vl' nimia laſſi/
tudo cõpellat. ſaltem ad inceptionẽ officij.
ad inuitatoriũ. hymnos ⁊ orõnez dñicam.
⁊ a capitulo in ante ſurgere non omittant.
Si etiã in lecto egritudinis decubãt. reue
rentiã nihilomin⁹ aliquã faciãt ꝑut poſſũt.
Sanct⁹ Hieronym⁹ (qui tanta legitur
laſſitudine fatigat⁹. vt etiã in ſtratu ſuo ia/
cens. funiculo trabe ſuſpenſo manib⁹ ap/
prehenſo. ſupin⁹ erigeret. vt ſcilicet officiuꝫ
monaſterij ꝑut poterat exhiberet. dum ex/
hauſtus virib⁹ ſenex nec ſenectuti parcit.
nec debilitati blandit̃) deſidem ſignis iu/
niorũ. quib⁹ corpis vires vtcunqꝫ ſufficiũt
irreuerentiã. imo dignã deriſione deſidiã
arguit ⁊ confundit. Alius ꝑ lentaruꝫ te/
dio febriũ. cõpletoriuꝫ in lecto exoluere aſ/
ſuetus. fertur ꝑ angelũ rep̄henſus audiſſe.
Completoriũ ſub cocco. nec fruct⁹ nec vti/
litas. Sane in officio dei curãda vbiqꝫ
magnope reuerẽtia et honeſtas. cum vbiqꝫ
ſit eadẽ eius cui tunc loq̄mur ⁊ aſtam⁹ dei/
tas ⁊ maieſtas. Tanto em̄ amplius reue
rentie ⁊ diligẽtie ſtudiũ diuino debet̃ offi/
cio. quãto id deo imediatius exhibetur.
Cura officij diligens maxima ſtat⁹ integri
tas. neglectus officij maxima vite corru/
ptio. maxima religiõis deformitas. Ne/
mo dei ſe eſtimet ſeruũ. ſi dei potiſſimaꝫ ne
gligat ſeruitutẽ. que appropriato vocabulo
dei ſeruitiũ nuncupat̃. Debent dicere of
ficiũ diſtincte. cõtinue. integre et ordinate.
Diſtincte ne verbũ maſticando. vel exili
ter ꝓferendo. vel nimiũ feſtinãdo. dicenda
confundãt. Cõtinue. vt interruptiões in
eo nõ fiant. aut interloquẽdo. niſi neceſſita
te cogente. Et hoc pſalmo vel oratione vel
quocũqꝫ alio. quod tũc fuerit in dicẽdo cõ/
pletis. niſi pſalmũ vel orationeꝫ quẽ inter/
rumpi cõtingit. cõtinuo a capite reſumptu
ri. aut inter pſalmũ ⁊ pſalmũ morã notabi/
lem faciẽdo. Pariſius vt fertur cuꝫ qui/
dam theologus vni⁹ hore canonice ince/
piſſet officiũ. ſuperueniente epiſcopo ad loq̄n
dum cũ eo. caput ſine locutiõe inclinãs. ho
ram inceptaꝫ epiſcopo expectante finiuit.
quã deinde dilationẽ colloquij ne moleſte
ferret admonuit. cauſaꝫ ſubinferẽs. ꝙ ma/
iori domino loquebat̃. Quidã ꝓpter in/
terruptiones in officio factas. grauiſſimo
afflictus purgatorio memorat̃. Integre
dicant. vt de dicẽdis nihil omittãt. Pro/
inde ſi plures fuerint qui officiuꝫ dicant ſi/
mul. ⁊ vnus vel duo iuxta laudabilẽ cõſue
tudinem pſalmos. antiphonas. hymnos ⁊
reſpõſoria ad vitandã cõfuſionem voce p̄/
nunciãt altiori. Non putent ſibi ſufficere ꝙ
ab alijs dicit̃. ſed om̄ia que ad ſuã pertinẽt
partẽ. ac ſi eſſent in choro. ſub ſilentio inte
gre dicãt. cum officiũ extra eandẽ quaꝫ in/
tra integritatẽ requirat. Ordinate deni
qꝫ officiũ in ſubſtãtia tempe et modo ⁊ om/
nib⁹ exequi ſtudeant. Poſtpoſitiões. im/
plicationes. variatiões facile nõ admittãt.
Honeſte tamẽ p̄cioſa vel aliud extraor/
dinarie aliquãdo dicit̃. dũ tamẽ idipm̄ ſuo
tempe minime negligat̃. Quis autẽ ſine
grandi ↄſcientie ſcrupulo ꝓpriũ officij ordi
nem. ſibiqꝫ religionis ſanctione impoſitũ ꝑ
alienis quibuſlibet p̄termittat. aut qualibꝫ
variatione deformet. Quis niſi vaniſſim⁹
⁊ imprudẽs ꝑ certis dubia. ꝑ autenticis va
ga. ꝑ neceſſarijs curioſa inducat. Sint
igitur ſanctorꝫ officij cõditorũ deuota ⁊ ſta
bili ordinatione cõtenti. nihil eorum vel cõ
muni ordinis inſtitutioni p̄ponant quali/
bet ſerium et deuotum. nec deſipientium
more ſtultorum. grecorum gl'as emulent̃.
Non niſi inſipienti ſua placent. Om/
nis ſtulticia laborat faſtidio ſui. Temp⁹
quoqꝫ congruũ ſeruent. nec facile preter ne
ceſſitatem diurnas horas. ſiue primaꝫ ſiue
completorium ſaltem canonicũ. ſiue alias
in nocturnas cõuertant Fuerunt q̄ hoc
quarundam obtenta traditionum defen/
derent. ordinationẽ eccleſiaſticaꝫ officij cõ
fuſione temporis irritam facientes. Qñ
fuerint duo vl' plures. quaſi choruꝫ ſibi cõ
ſtituant. et pſalmos atqꝫ hymnos accipiãt
alternatim. vt eſt conſuetudinis cõuentui.
Congruus ordo eſt in omnibus vbiqꝫ
prouide diſciplinato ſeruandus. Ordi/
natum animũ ordinis decor et condecet ⁊
condelectat. Inordinati eſt animi etiaꝫ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſn exterioribus ordinem non curare. et ta/
men ordinationis exterioris religio. atten
tionem excitat et affectum.

## De altaris miniſterio curando. Capitulum XVII.

Altaris miniſterium ob reuerentiā
corporalis preſentie ſaluatorꝫ. mun
dicie. reuerentie. diligentie. boneſta
tis et circūſpectionis ſtudium ſpeciale re/
quirit. Mundamini ait propheta. ꝗ fer
tis vaſa domini. Haud dubiuꝫ hoc de mi
niſtris altaris conuenienter intelligi. qui/
bus ſpiritualis ⁊ corporalis mundicia eſt
babenda Spiritualis. vt nullus de pec
cato conſcientiā babens leſam. vel ſomno
pollutus nocturno. ad tangendum ſacra
vaſa. vel ad miniſtrandum anteqꝫ fuerit cō
feſſus accedat. Nec debet celebraturus
confeſſionem priuatam. que ante celebrati
onem de quotidianis offenſis fieri cōſue/
uit vſqꝫ ad altare deferre. Corporalem
quoqꝫ mundiciam Moyſe ſancto atteſtan
te diligit deus. Corporalem omino mū
diciam. requirit corporalis preſentia ſalua
toris. Idcirco miniſtri altariſ non ſolū an/
teqꝫ ſe ad miniſtrandum induāt. verumeti
am poſtqꝫ fuerint omnino parati. expedi/
tis cōmunibus ad calicis miniſterium ac/
ceſſuri. ſuas iterum lauent manus.

Hoc enim ſemper debent cauere cautiſ
ſime ne cōmunibus manibus. aut cum ma
nicis ſuis. vel poſt immediatum eorum cō/
tactum. calicem aut qui ad ipſum pertinēt
pannos vel corporalia tangant. ſed ſi line/
am tunicam quam rocetum vocant. vel
ſuppellicium cum ſtrictis manibus. vel ap/
tum aliud non babuerint indumentuꝫ. ca/
licem preparādum et in fine miſſe plican/
dum. ſacerdoti relinquant. Reuerentiā
debent miniſtri altaris tam ad ſacerdoteꝫ
qꝫ ad miniſterium. et res etiam propinque
ad ipſum miniſteriū pertinentes babere.

Circa ſacerdotem vt quando ſecum al/
tari aſſiſtunt per aliquantulā capitis incli/
nationem. ⁊ ſui elongationem ab eo. ac per
bumilem debiti exbibitionem officij. reue
rentie ſignum oſtendant. Si vero ſede/
rit et ipſi tantū in ſuperpellicijs fuerint. ne/
quaqꝫ iuxta ipm̄ i ſedilibus. videlicet coe/
qualibus ſedi eius. ſed ad ſcabellum eius
potius. ſi aptus fuerit locus vel alibi ſede/
ant. Venerentur eum decoro vt conue/
nit comitatu. et maxime quādo ſe vertit ad
populum ei aſſint. quem vbiqꝫ vt in officio.
ſic et eo expleto in veſtiarium reuertentem
deducant. vt acies ordinata. ad altare de/
inde ſi opus fuerit reuerſuri. Miniſte/
rio reuerentiam exbibent. ſi modo debito
et babitu ipſi miniſterio conuenienti aſſi/
ſtant et miniſtrent. aliter enim non ſine no
ta irreuerentie miniſtratur. vt ſiquis qꝫuis
dyaconus vel ſacerdos in ſuperpellicio ad
miſſam miniſtrans corporalia ſuper alta/
re preſente ſacerdote veſtibus ſacris indu
to replicet aut componat. ſi quis non ba/
bens ſuperpellicium cum ſtrictis manicis
vel aliud idoneum indumentum. corpora/
lia et calicem tractare. aut panem et vinuꝫ
in communi babitu miniſtrare preſumat.
ſi quis boſtiam in communi eligat loco. vl'
electam reponat. que in pixide vel in manu
ſua mundiſſima eſt potius eligenda. et ele/
cta ſuper patenam ipam vel ſuper corpora
lia decentius reponenda. Nec audiendi
ſunt illi qui ad menſam domini non aliam
qꝫ ad menſam corporis curant mundici/
am. ſuper pannos qui libris ad ſecretaruꝫ
vel pallarum cuſtodiam ſupponuntur. cali
cem paſſim vel conſecrandam boſtiam re/
ponentes. Singularem boſtie cultum
ſingularis decet mundicia Ad res quo/
qꝫ vt ſunt corporalia panni calicis ipſe ca/
lix et miſſale eſt reuerentia adbibēda. quaꝫ
mundicie ſtudium maxime probat.

Huius intuitu pannus omnis ſuſpect⁹
aut quem color impedit ablui. a corporali/
bus arcetur et calice. in pixidibus boſtia/
rum mundiſſimus ſacculus lineus boſti/
as contineat. In repoſitorijs calicū ſac/
cellus quoqꝫ operiendis calicis mappulis
adbibeꝫ. Quiſquis ergo ad altaris vten
ſilia ſacra reuerentiam mundicie curat. cir
ca ipſa operoſius ſtudeat.

De communibus libris ſi quos aliquā/
do propter officium. ineuitabili forte neceſ
ſitate cogente. poni ſuper altare contingit.
omnino caueant ne corporalia vel pannos
calicis aliquo modo tangant.

Cum corporalibus vel calicis ipi⁹ map
pula nunqꝫ labia vel oculos tangant deuo

tionis alicuius obtentu. Calix cū ſūma
tractetur mundicia. quando de loco ad lo/
cum defertur non ſuper librum aut veſti/
mentum. ſed alte in manu mundiſſima vel
repoſitorio portetur. nec extra repoſitoriū
ipm. p̄terq̄ ſup altare vel in alio loco mun/
diſſimo teneatur. Miſſale in loco repo
natur boneſto. ⁊ ſi quādo illud extra eccle/
ſiam vel alias q̄ ad miſſam teneri contin/
gat. panno aliquo mundo p̄ter ſuam cami
ſiam inuoluatur. Deniq̄ reuerentie in
miniſterio. babitus decens. cura mūdicie.
⁊ in executione maturitas atteſtantur.

Reuerentia ſimul ⁊ cautela mundicie cō
munes corpis veſtes ꝓhibent ab altari.

Si plurium opponas ineptias in p̄miſ/
ſis. habet emulos plurimos vicium. rariſ/
ſimos diſciplina. Non a pluribus ſed ab/
boneſtioribus forma ſumenda eſt. Ad h̄
tam celebrans q̄ miniſter. circa officiuȝ ſu
um magnam debent diligentiā adhibere.

Sacerdos quidem circa ꝓuiſionem di
cendorum ⁊ agendorum in miſſa ne defe/
ctum faciat in dicendis. formam ſeu modū
ordinis in celebrando poſtponens. aucto/
ritate ſua alium introducat. Oblationi ca/
licis aquam ipſe infundat. quod a nullo a/
lio ſine ipſius conſcientia eſt p̄ſumendum.

Debet enim circa cuſtodiam mundicie
manuum ⁊ pannorū eſſe intentus. Manu
um vt eas ad tangendū cōmunia vel carnē
nudam. ſiue in facie ſiue alibi non exponat
niſi eas continuo lauaturus. Pannorū au
tem nunq̄ ad indumenta ſacerdotalia. ma
xime ad infulam nares emungat. vl' aliter
ea quoq̄ modo deturpet. Miniſtris ve/
ro diligentia debet eſſe circa ea que neceſſa
ria ſunt celebranti. ⁊ circa mundicie cuſto/
diam. ac conſeruationis vaſorum ⁊ panno
rum ꝑtinentium ad altare. Miniſtroꝝ
eſt vt p̄induti celebraturum cum diligētia
ꝓparent. eiuſq̄ indumenta poſt officiū pli/
cent. ⁊ que ipſi ſacrum miniſterium exequē/
ti fuerint oportuna. hora tempe et loco cō/
gruis offerant. Nunq̄ ad miſſam priua
tam legendi vel orandi gratia. ſolo vel ſedi/
bus ſe totaliter ꝓſternāt. Nec latitent poſt
cortinas. ſed palam coram altari. nō tamē
a latere celebrantis aſſiſtant. verſus cū cir
ca quem tunc oculus debet eſſe. aſpectum
quaſi continue directuri. non tamen in fa/
ciem eius. maxime poſt canonis inceptio/
neȝ intendant. Nec ei p̄ſertim a parte libri
nimis appropient. aut tumultum aliquē fa/
ciant circa ipm. Summa quietis tran/
quillitas eſt neceſſaria celebranti. Vaſa
et pannos munde tractent apud eos et te/
neant. Si pannus calicis ad terram ce/
ciderit. nullo modo anteq̄ lotus fuerit ite
rum calici apponatur. Circa finem miſſe
calicem plicaturi. ipſum cum aqua poſt vi/
num recenſiant. ne pannos inficiat adhe/
rentes. Nunq̄ ſuper altare vinū ⁊ aquā
ad mūdationem. vel alias ſi vitare potue/
rint miniſtrent. Si tamen ob incuriam
ſacerdot̄ oporteat. ſubtus ampullas que
vinum et aquam continent manum ad re/
tinendum guttas. ne ſup altaris pannos
cadere poſſint apponant. Sup quos etiaȝ
pannos nec ipſe ſunt reponende ampulle.

Adhuc debet qui miniſtrat ad miſſam
ſuppellicium ſi babuerit conſeruare. ne cū
eo aliquatenus nares emungat. vel ſudo/
res a facie. vel alias vndecunq̄ detergat.
nec ipſius manicas maxime ad puluerem
ſup ligna. lapides vel ſuper terrā exponat.
Quod tamen quia nōnunq̄ ꝑ negligenti/
am accidit aliquorū. cauere debent ne cor/
poralia calicem aut pannos eius cuȝ ipſius
ſuppellicij manicis tangant. De alijs in
dumentis quotiens ea plicant. ſollicite ca
ueant. ne vnq̄ manice terram tangant. vel
vſq̄ ad ipſorum veſtimentorum fimbrias
deſcendere ꝑmittant. ſed ſiue tunice linee
ſiue quecunq̄ alia indumenta plicant. ma/
nice ſemper longe a fimbrijs collocentur.

Debēt iterum miniſtri altaris ꝓpter va/
ſorum ⁊ veſtium. vt dictum eſt. cōſeruatio/
nem attendere ne calicem quando repo/
nunt ſtricte ligent. quia ſepe ꝑ hoc deterio/
ratur nō modicum. ⁊ paulatim obrut⁹ con
quaſſatur. Vaſa quoq̄ altaris ⁊ vtenſi/
lia in locis ſuis diligent' vt cōuenit p̄para/
ta p̄ponant. Veſtimenta etiā plicare nō
negligant ⁊ aptare. niſi ꝑ aliquo celebratu/
ro ea quis remitti requirat. Sed q̄d bo
rum expreſſionibus imoror. In omnib⁹ q̄
miniſterium dei contingunt. ſpeciali nimi
rum diligētia opus eſt. Si agendis mi/
niſterijs regis. ſtudioſiſſimā bomies curā
impendunt. quantā putas eterni regis mi
niſterijs impendendaȝ. Ceterum ſi mi/

niſtri altaris intendere debent honeſtati.
multo amplius tamē ꝑ omnē moduʒ ſacer
dotes qui celebrant. Poſtq̄ꝫ ergo fuerit
veſtibꝫ ſacris induti. cū magna debeīt ma/
turitate incedere. ⁊ pcipue cum altari aſſi/
ſtunt. grauitatē in motu ⁊ geſtibus lauda/
bili curioſitate ſeruare. nunq̄ꝫ genu flexuri
q̄ꝫdiu ſacerdotali caſula ſūt induti. niſi tīm
tempꝫibus ab eccleſia inſtitutis. Sup al
tare quoqꝫ ſe non appodient inboneſte. nec
manus ſuas hac ⁊ illac inoꝛdīate deducāt.
Quādo ſe vertunt ad populum non eri/
gant oculos vt videāt aſſiſtentes. Deni/
qꝫ circūſpectos decet eos eſſe ſpecialiter cir
ca coꝛpaliuʒ diſpoſitionē ⁊ cuſtodiam. cir/
ca calicis collocationē. circa dn̄ici coꝛpoꝛ
conſecrationē. ſanguinis ſuſceptionem. et
mundationis induſtriā. Circa coꝛpoꝛa/
lia vt ipis ſup altare replicatis vſqꝫ ad an/
terioꝛem ipius oꝛam altaris ſit ſpacium cō
petens. ne ſup ipa manus ſuas aut mani/
cas ipius indumenti teneant. Calicē an
te oblationem ſuper coꝛpalia non compo/
nant. ſicut poſt oblationem fieri conſueuit.
ſed ipm vſqꝫ ad oblationis tempus. ad coꝛ
poꝛalium teneant latus. Circa conſecra
tionem inter cetera ſolerter ꝓuideant. vt cū
hoſtia fuerit conſecranda. ita parum ⁊ cau
te in pncipio eam leuent. quaſi ſcutum ſibi
de manibus. depſſo aliquantulum pollice
facientes. quod ſi fieri poteſt ante conſecra
tionem. vt a circūſtantibus videri nō poſ/
ſit ne a ſimplicibus adoꝛetur. qui quāto ci/
tius eam viderint in manibꝫ ſacerdotiſ. in/
caute nondum conſecratā adoꝛent. Cuʒ
autem conſecratio fuerit conſummata. ho
ſtiam ſine moꝛa notabili duabus manibuſ
quantum expedit vt ab hominibꝫ poſſit vi
deri. cum om̄i reuerentia eleuantes. tam in
eleuando q̄ꝫ in reponendo debitam matu/
ritatem ſeruent. nec poſt eleuationeʒ vł an
te oſculentur eandē. Si ſup altare viati
cum celebrant. ꝯſecrationē facturi manum
cū hoſtia cōſecranda ſup ipius altaris via/
tici lapidem teneāt. ne fiat conſecratio iux/
ta ipm. Circa ſumptionē ſanguinis caue
ant. ne ipm ſumendo vel calicem exguttan
do. ꝑ nimiam extractionē tumultū quendā
vel ſibilum cum labijs faciant. aut pꝰ ſum/
ptionem digitos lambant. Erit etiam tu/
tum ſi dum calicem ſanguinē ſumunt. cali/
cem tenentes cū dextera. decenter ei pate/
nam cū ſiniſtra ſupponant. ſanguinē ſi quid
effundi contigerit recepturam. ſup quaʒ ſi
frangi coꝛpus dominicū aut reponi cōtin/
gat. ipa deinde vino ⁊ aqua vel altero ſuffi
cienter debet infundi. Incongruū ⁊ in/
dignum vt patena poſt chꝛiſti coꝛpus ſan/
ctiſſimū cōmuni tactui pateat nō mūdata.
⁊ rebus quibuſlibet licet mundis ſine dif/
ferentia exponatur. Si ſentis aliter. cre
do vt poſt patene vel calicis aut coꝛpalium
tactum. nō ſunt manus cōmunicande com
munibꝫ ante factam poſt tactū huiuſmodi
lotionem. Si calicis petatur mūdatio
ꝓ infirmis. pmam nullatenus aut ſecūdaʒ
ꝓfuſionem exponant. ſed pus ſemꝑ mūda/
tionibus ſolitis ꝓfectis. aliud denuo vinū
calici apponatꝛ petētibꝫ indulgendū.

## De diſciplina circa ea q̄ ad coꝛpus ſunt. Capitulū XVIII.

Habito de diſciplina circa ſpūalia. ſe
quitꝛ de ipa circa coꝛpalia. Et pmo
circa ea q̄ in nob ſunt. Scdo circa
ea q̄ extra nos ſunt. Reſpectu eoꝝ q̄ in no/
bis ſunt. pꝛimo videnduʒ eſt de diſciplina
reſpectu totiꝰ coꝛpis q̄ntū ad geſtū. ſecūdo
reſpectu partiū coꝛpis quātū ad actum.
Et pmo reſpectu lingue q̄ntum ad duo
opa nature. in quibꝫ cōgruit officiū lingue.
ſcʒ quātū ad loquelā ⁊ guſtum. Secun/
do reſpectu manuū. vt in exercitio manua/
li. Tertio reſpectu pedū. vt in inceſſu.
Quarto reſpectu membꝛoꝝ oim̄. q̄ntuʒ
ad aliq̄ ipoꝛum officia. Ad hoc circa ea
que extra nos ſunt. Pꝛimo quātū ad ea
de ꝓpe. vt eſt veſtꝫ ⁊ habitꝰ. Scdo q̄ntuʒ
ad ea que de longe. vt ſunt officine.

## De diſciplina in geſtu. Capitulū XIX.

Circa diſciplinā in geſtu. q̄ modus
⁊ figuratio mēbꝛoꝝ et coꝛpis dicitꝛ.
duplex eſt cuſtodia adhibenda.
Pꝛima eſt vt vnū mēbꝛū alteriꝰ officiuʒ
nō vſurpet. aut eiꝰ miſteriū ſui admixtiōe
ꝯfundat. Si os loquitꝛ. caput nō agitetur.
manꝰ nō moueatꝛ ⁊ ſic de alijs. vt dū alterū
membꝛū opatur. alterꝝ quietū oino ꝑmane
at. aut ſi opa eius neceſſaria illi eſſe cogno/
ſcuntꝛ ad opandū. oꝛdinate moueatꝛ Se
cunda eſt cuſtodia diſcipline i geſtu. vt q̄d/
libet membꝛū in eo qđ facit. debitū moduʒ



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

teneat.nec temꝑantie limitem aut honeſta
tis formā excedat. Hoc eſt.vt in paucis ex/
emplificem⁹.ridere ſine ap̄tione dentiū.vi/
dere ſine defixione oculoꝛuꝫ.loqui ſine ex/
tenſione manuū.ſine cōtoꝛſione labioꝛuꝫ.
ſine iactantia capitis.ſine eleuatione ſupci/
lioꝛum.incedere ſine modulatione greſſu/
um.ſine ventilatione bꝛachioꝛū.ſine geſti/
culatione ſcapularū.iacere ſine deiectione
membꝛoꝝ.ſedere ſine alterutra ſupiectiōe
pedum.ꝛ ſine alterutra accubatione lateꝝ.
ſine diuariatione ſeu dilatione cruriū.ſine
extenſione vel agitatiōe tibiarum. Nem
pe honeſtum et humilē fratrem femoꝛi ſu/
ram imponere.vel pedes palaꝫ cancellare
nō decet. Arcendi vel in publico geſtus
inepti. Geſtus deniqꝫ religioſi debet
eſſe humilis ſeuerus ꝛ grauis. Eſt enim
rep̄henſibilis geſtus.ſi ſupbiam.ſi mollici/
em.que nunc ꝑ laſciuiā hilaritatem diſſol/
uit.nunc ꝑ nimiam deiectionem infatuat.
aut ſi etiā leuitatem ꝓtendat. Turpis in
humilitatis ꝓfeſſoꝛe ſupbia Feda pꝛoꝛ/
ſus in humili habitu.geſticulatio faſtuoſa.
Sic nō eſt viri muliebꝛem dare mollicieꝫ.
puerili leuitate. Grauitatꝫ modeſtia mul
tam affert ſeruata moꝛibꝰ honeſtatem.ne/
glecta.maculā ꝛ cōtemptū. Moꝛtificata
ſm aplm ſup terrā membꝛa.geſtus debēt
moꝛtificatos habere.

De diſciplina in modo loquendi. XX

Diſciplina loquēdi tam in modo et
ꝓuida quādo loquēdū ſit diſcretio
ne.qꝫ in verboꝝ religioſitate atten/
ditur. Modus in geſtu ꝛ ſono conſiderari
poteſt. Loquētis geſtus debet eſſe mo/
deſtus ꝛ humilis.ſonus demiſſus ꝛ ſuauis
Modeſtiā debet habere geſtus loquen
tis.vt nec inoꝛdinate.nec turbulente inter
loquēdū membꝛa moueat.nec oculoꝝ nu
tibus.labioꝝ contractione.vel altero non
decenti alterationis modo.vultus hone/
ſtatem defoꝛmet.aut faciem ipam mollicie
quadā reſoluat humilitatis oſtentu.ſed in
eadem vultꝰ conſtantia ſemꝑ ꝑmanēs.ſe/
ueritatē benignā ꝛ conſtantē.ꝛ quodāmo/
do rigidā benignitatē ꝓtendat. In facie
ſiquideꝫ hoīs ſpeculū diſcipline relucet.
cui tanto maioꝛ cuſtodia eſt adhibēda.qn/
to minus qḋ in ea peccatū fuerit celari po/
teſt. Vetat quoqꝫ loquentē geſtꝰ mode/
ſtia.ne ſi hominibꝰ notabili quadā ſupplica
tionū ꝓfunditate incuruet.aut eius cui lo/
quitur vultui nimis inſtet.ne inhoneſte q̄/
dem in eius faciē alitus aſpiratione inſuf/
flet.aut alitu ipo poſt vinū potatum maxi/
me narium ſenſum offendat. Loquentꝫ
alitus vultui auditoꝛis et naribus vicioſe
pꝛoꝛſus ingeritur. Debet etiā geſtus hu
militatem ſuꝑ modeſtiam vultꝰ hilaritateꝫ
ꝓtendere. Sonꝰ debet eſſe demiſſus pa
riter ꝛ ſuauis.quia clamoſitas ꝛ verboꝛum
aſperitas.locutionē religioſi plurimū q̄dē
ꝛ dedecet ꝛ deturpat. Diſcretio quando
loquendum ſit neceſſaria eſt.qꝛ ex oꝛe fatui
etiā parabola repꝛobat̄.quia non dicit eaꝫ
in tempe ſuo. Sapiens quādo loquēdū
ꝛ quādo tacendū ſit.pꝛudenter conſiderat.
Eſt autē iunioꝛibus fratribus ſemꝑ fe/
re int̄ ſenioꝛes ad interrogatōnē tacendū.
Adoleſcens ait ſcriptura.loquere in tua
cauſa vix cū neceſſe fuerit.ſi bis interroga
tus fueris.habeat caput rn̄ſum tuū. Silet
etiā a bonis ꝓpheta. Ergo qꝫuis de bonis ꝛ
ſanctꝫ ꝛ edificationū eloquijs.ꝑfectis diſci
pulis rara ꝯcedit̄ loquendi licentia. Nā
loq̄ ꝛ docere magiſtrū ꝯdecet.tacere ꝛ audi
re diſcipulo ꝯuenit. Loquēte alio nō lo/
quant̄.aut v̄ba vnqꝫ loquētiū intrumpant.
Nec moꝛdaci vl' impoꝛtuno inſultu.ſocioꝝ
locutionē inpugnēt. Stultoꝝ ē q̄ nec lin/
gue parcere nec ſocijs deferre nouerunt.
Si q̄ etiā mutua ſe collatiōe impediūt.
ꝑ impoſitionē ſilētij ꝛ aliā penā ꝯdignā me
rito rep̄munt̄. Religioſitas debet i locu/
tione ſuari.vt ſit ſmo veridicꝰ ꝛ purus.ſit
honeſtꝰ ꝛ dulcꝫ. De veritate ſmonis ſa/
piens dicit. Ante oīa v̄bū verax ꝓcedat te.
Nō ſolū mēdacia ꝛ q̄ crimioſa ſunt.veꝝ etiā
locutiones yperbolicas ꝛ aliq̄ duplicitate
notabiles.penitꝰ vitent. Loquentes de
dubijs aut futurꝫ nunqꝫ abſolute loquant̄
ſed in hmōi oībꝰ ſꝑ ꝯditionē apponant.
Pꝛeciſa ḋ i differētibꝰ v̄ba.r̄ligio n̄ ꝯſentit.
Nō eſt alieno viuētis arbitrio de cōtin/
gentibꝰ negare vl' aſſerere abſolute. Nō
facile de auditꝫ ſententiēt.licet v̄itatē ſenti/
re ſe putent. Sint ad rn̄ſionē tardi.ne ꝑ
incōſiderationē falſuꝫ aliqḋ vel indiſcipli/
natū ꝓferāt v̄bū. Debēt etiā pure loq̄ vt
in eoꝝ v̄bis nec iactantia nec detractio vel
malicie alicuꝰ aut vanitatꝫ admixtio vale/

at iſtitueri. Nunq̄ꝫ de ſc̄ia vl' de ſecl'i ſta/
tu ſe iactent. Erubeſcāt dicere de abſen/
te. q̄ꝫ cū caritate nō poſſent dicere corā ipo
Vn̄ ſctūs Benedict⁹. Murmurare aut cō
queri neſciāt ante oīa. ne murmuratiōis
malū p qualicūqꝫ cauſa ī aliq̄ q̄licūqꝫ ſigno
verbo vel ſignatiōe appareat. In verbis
ſuis aut l'ris ſiq̄s aliq̄n dirigūt puerilibus
vel adulatoriis nō vtant' blandicijs. ſꝫ tā/
q̄ꝫ religioſis ſuā breuiter ꝛ veracit' intentio
nem exponāt Honeſtatē habeat locutio
ſi ꝛ illius q̄ loquit' ꝛ illoꝝ quib⁹ vl' de q̄b⁹ fit
ſermo ꝯueniat dignitati. Ociosa vero io
culatoria. iuratoria. ꝯtentioſa. maledica vl'
alias ſecularia ꝟba. nec pura ſunt q̄dēꝫ. nec
religioſe ꝯueniūt dignitati. Nuge vt ait
ſanct⁹ Bern̄. inter ſecl'ares ſunt nuge. ī ore
ſacerdotꝫ blaſphemie. Interdū ſi inter/
cidant ferende fortaſſis. referende nunq̄ꝫ.
Os iam talib⁹ aperire illicitū. aſſueſcere
ſacrilegiū eſt. Fede ad cachinnū moue/
ris. fedius moues. Diſſueſce a vanilo q̄o
linguā. qui ad ꝑfectum religionis aſpiras.
Proceſſurus in publicuꝫ. p̄muni teipm
ꝛ animo ſtatue. a verbis inanib⁹ abſtinere.
Prouide tibi anteq̄ꝫ ꝓdeas vtile aliquid
vnde ſi expedierit ſermo texatur. familiare
prudenti ꝯſideratiōe oīa p̄uenire. Cō
fert ad ſingula fuiſſe p̄munitum. Si di/
gnum quippiam relatione non habes tace.
tutius ꝛ humili⁹ audis q̄ꝫ loq̄ris. Nō af/
fabilitas oportuna. ſed loq̄citas ocioſa dā
natur. Iurare vero nūc ꝑ caput nunc ꝑ
ſctōs vel alio q̄uis modo. xp̄i q̄ ait. ſit ſmo
veſter eſt eſt. nō nō. diſcipulo minime ꝯgruit.
Rurſus indignū penit⁹ ſeruis dei. mu/
lierculārū more ꝯtēdere. Si reſiſtētie ī/
cidant ꝟba. cedēdū ꝯtinuo reſiſtēti. Ho
nor eſt homī q̄ ſepat ſe a ꝯtentiōib⁹ Nun
q̄ꝫ diſcendi vt dicit' gr̄a litigēt. ſciētes ad ſe
ꝟboꝝ ꝯtentiōes nullo mō deinceps ꝑtine/
re. Nō pōt eſſe q̄n ꝯtentio aliq̄d q̄ꝫ ꝯtra
ꝯſciam dicat' extorqueat. Ergo int' dei ſer/
uos collatio nō altercatio dꝫ eſſe. Per/
uerſuꝫ eſt maxie ſi auſu dānabili ad iniuri
oſa l' maledica ꝟba q̄ ſm aplm a dei regno
excludūt. os religioſi laxet'. aut diaboli no/
mē ad inuectionē aſſumat. vl' in cōi locutio
ne freq̄ntet. Sūt q̄daꝫ q̄ leuiſſima puta/
rent'. ſi nō in ſcripturꝫ demōſtrarent' opini/
one grauiora. Quis enī dicētem fatue fri ſuo
reuꝫ gehēne putaret niſi ꝟitas hoc diceret.
Peſſimū hūc loq̄ndi vſuꝫ q̄ ꝑ affabilita
tis ſolatio ſalutꝫ aduerſari⁹ ītroduxit. vt ꝑ
eū modice occaſiōis acceſſu. ſtultꝫ illudens
eos freq̄nt' in grauis lapſuꝫ offenſe ipulſu le
uiori p̄cipitet. ꝛ dignitateꝫ ſtat⁹ colluuio. ī.
ſordidatiōe vilificet. Pudeat eos rumi/
gerulos eē. aut ꝟboꝝ ſeculariū delatores.
Nihil int' ſocios ſeminēt. q̄ꝫ īfirmos ani
mos diſſoluere valeat aut turbare Reus
eſt deo ꝛ ordini q̄ temerario diffidentie ꝟbo
ꝯſciaꝫ ꝑcutit īfirmoꝝ. Pretea ſiue fri ſiue
extraneo ſiue magno ſiue paruo loq̄nt' ſꝑ ī
ore ꝟbi dulcedinē hēant. Oēm ad oēs ſm
apl'm māſuetudinē oñdētes. Nunq̄ꝫ ſuo
p̄textu ꝯſtātie vl' zeli cū cōitatꝫ iniuria in ꝟ/
ba ꝯtumelioſa ꝓrūpāt. Sepe ei meritū
lingua īmoderata ꝯfūdit. Turpiſqꝫ defen/
ſio q̄ iniurijs vtit'. Habꝫ faſt⁹ ꝓ ꝯſtantia
impetū. ꝓ rōne iniurias. ſꝫ ligua eucharis ī
bono hoīe habundabit.

## De diſciplina circa comeſtionem. Caplm XXI.

Ad hec debēt cū timore dei comede
re diſciplinā ſꝑ tā in mō ſe hn̄di q̄ꝫ ī
cibo ſuātes. vitātes nihilomin⁹ q̄ſdam mi/
n⁹ decētes ſecl'ariū ꝯſuetudies ſuꝑ mēſam.
Placet l' pauca d̄ ſingul' exēpla ſubnecte
re. q̄ ad ſiliuꝫ ꝯſideratōeꝫ trāſmittāt. Ho
neſte ſe hn̄t hēe. vt dū comedūt aut bibūt ſe
deāt. bibētes cū duab⁹ māib⁹ ciphū teneāt.
mēbroꝝ agitatōeꝫ ꝛ q̄rūdā anhelationū vl'
labioꝝ tumultū. q̄ aī notāt intꝑantiā vitēt.
ocl'os a circūſpectiōe. linguā a locutiōe co/
hibeāt. Oculoꝝ cuſtodia int' epulas. ꝓpte
rea neceſſaria ē. q2 nō decet p̄cipue vtragoſ
hēant ocl'os. neqꝫ curioſe. Et vt apl'⁹ dicā.
impudent' q̄ apud alios agūt' circūluſtran/
do ꝓſpiciāt. ſꝫ vt poti⁹ pudice demiſſis lu/
minib⁹. ea tm̄ q̄ ſibi anpoſita ſunt attēdant.
Loq̄ ꝟo ſeu muſitare ad mēſaꝫ vbi ſilēti
um ē ſuādū. turpe viciū ē. Declināda mu
ſitatorꝫ ſocietas. q̄ legꝫ licꝫ hōeſtate ꝓhibu⁹
lingue tn̄ nō valet voluboꝝ retinere. Si
q̄n etiā extraordiarie bibūt. ſiue aſſint ſiue
nō aſſint extranei. q̄ꝫ diu bibit' ſileāt. Cul/
pāda nimis ꝟboꝝ ml'tiplicatio iuxta potū.
In cibo tā ī q̄litate q̄ꝫ ī q̄ntitate ipi⁹ q̄ꝫ in
mō moraqꝫ ac freq̄ntia cōedēdi diſciplinaꝫ
obſuēt. In q̄litate vt nūq̄ꝫ p̄cioſa l' delica/
ta. nunq̄ꝫ ciboꝝ aut p̄parationū diuerſitates

affectent.ꝓpicium ad delicata palatum.cu/
rioſitas quedã honeſtatꝭ poſtpoſitiua de/
clarat. Ut verbi gratia.ſi quis ex vicio me/
liora de cõmuni eligat portõne.vt quod in
pane ſapidius. vel in aliꝭs viderit melius
ipe ſibi accipiat.ſi a maioribus panis fru/
ſtum accipiat.minoribus ſi aſſunt licet mi
nus delicatis.ſine rõnabili cauſa dimiſſis
cum panis vel res alia quãto magis ad in/
tegritatem aecedit.tanto ad menſam ipam
valeat honeſtius reportari. Si ad maio/
rem ſaporis delectationem in pane inueni
endam.ipm inordinate frangendo circũci/
dendo vł micatenus excruſtãdo deformet.
Si vinum cũ aqua temperare non curet.
Si longum ⁊ interpollatuꝫ faciat hauſtũ.
Si ſalſam cõmunem panis appoſitiõe con
ſummet.aut eam incõgrua toto vaſe tranſ/
uerſo.vel circulari venatione vendicet.cuꝫ
ſit magis in medio intingendum. Sicut
enĩ apud honeſtos quoſdã in ſeculo impu
tatur ſi corroſionibus oſſiũ curioſius inſi/
ſtas.aut carnes ꝑ magnos notabiliter bo/
los p̃ter exigentiam ſcindas vel edas.aut
dum ſcindis.ſciſſum ĩmediate morſellum
anteq̃ in cõmuni loco poſueris p̃ripias.a
mera cõmuni iuxta vulgare ꝓuerbium nõ
curando diſcrepas.aut tactu more palpo/
nis electum poſt tactũ relinquas.vel ſimi/
le quippiaꝫ actites.ſic religioſis eſt indecẽs
ſi in his que ſibi ꝓ tempe cõueniunt cibis.
notam guloſitatis non vitent. Si quã/
do eos ieiunij tempe vino confecto vł ſim/
plici ante comeſtionẽ vel ſiue añ ſiue poſt.
herbis ſeu ſpecieb⁹ infirmitas vti coegerit
occulte huiuſmodi ſi potuerint ſumant.ne
ſimplices idem ſibiꝑpis abſq̃ ſufficiẽti ne/
ceſſitate licere putãtes.ad ſoluendũ ieiuni
um ſuo incitentur exemplo Eſt inſup di
uerſitas reſpectu cibi ⁊ p̃parationeꝫ vitan
da.nihil ad menſam ſpeciale apportent.vel
in menſa requirãt p̃ter ſal ⁊ aquaꝫ. que poſ
ſunt ſemp cum honeſtate requiri. Priuã
dus cõmunibus q̃ ſpecialia in cõmunitate
vſurpat. Cõmunibus igiť diſcant eſſe con
tenti. Os ſuum ad omnia que aliꝭ come
dunt aſſueſcant.vt ſi fieri poteſt nullũ om/
nino repudient ſeu abhominenť cibum.
Grande vicium ſi potagium ⁊ cõmunia re
ſpuas.vt in ſpecialibus lautius ꝓcureris.
Porro modo mollia.modo dura.modo
frigida.modo calida.modo frixa modo e/
lixa pregnantes ſolent appetere mulieres.
ꝓuidenter autem ſobrieq̃ conuerſanti ſa/
tis eſt ad om̃e condimentũ ſal cum pane.

Debent etiam exceſſum in cibis et ma/
xime potus quantitatem vitare.vt crapu/
la vel ſatietas nimia non ſubrepat. Ni/
hil ſic contrarium omni chriſtiano quomõ
crapula.dicit ſanctus Benedictus. Am
plius quoq̃ qualiter hoc eſt.q̃ꝫ decenť.mũ
de ac temperate ſit comedendum attẽdant

Decentie detrahit.qui cibum in ore ha/
bens.vel ciphum in manu detinens loqui
tur.qui in manu armata cultellum haben/
te.cibum ori miniſtrat.vel ei nonduꝫ expe/
dito a cibo.potum nihilomin⁹ ingerit.aut
dum bibit vel comedit caput tenet in capu
cio ꝓfundatum. Mundiciaꝫ debent ad
ꝓprium et ſociorum cibum et ad menſam
ipam ſuper quam comeditur obſeruare.

Mundicie ſimul ac decentie gratia ca/
ueant.ne in parabſide cipho vel ouo p̃mor
ſum aliquid iterum comeſturi reponant.

Fede tuorum reliquias dentium alicui
cuilibet cibo immiſces. Nunq̃ ciphum
cum digitis.potagio vel alio quolibet ma/
didatis accipiant.aut pollicem poculo im/
mergant.nec ſuper potum in cipho vel ſu/
per cibum quemlibet ſufflent. Indecenter
agitur ſi digitos quis immittit potagio et
offas vel olera nudis articulis coclearis vi
ce piſcatur.ſi ſupfluitates piſcium ⁊ ſimilia
ex ore proijcit ſuper menſam.vel nuces aliꝭ
q̃ ſibi frangit cum dentibus. Si nudã ma
num in menſa naribus emungẽdis. vł car
ni nude ſcalpende apponit. vel manũ ipam
ad veſtimenta detergit. Cauendũ quo/
q̃ ne quis ante faciem circũſtantiũ fratruꝫ
ꝓ ſale vel aliꝭs neceſſariꝭs q̃ a fratrib⁹ tradi
pñt manũ extẽdat ſup mẽſaꝫ.⁊ corꝑibuꝫ cũ
manicis ſeu habitu ſuo tãgat. Scindẽ/
dus etiã panis pectori ſeu veſti cõi non eſt
ſine interpoſitõe toalie applicand⁹. Mũ
dicia mẽſe requirit vt mẽſale neq̃q̃ freq̃nti
vel ſupflua deterſione cultelli vel manuum
deturpetur.purgandis maxime dentibus
nullatenus exponendum. Fedum et vile.
mappas ⁊ manutergia fratrum communia
dentium fricatiõe fedare. Qui conuentua
lia dehoneſtat.cõmittit vtiq̃ in conuentũ.

Temperantiam manducandi ait Hu/

go. intelligimus in eo ꝙ ſi homo tractim ꝛ
non cum nimia feſtinatiõe comedit. Fe/
ſtinatio in inchoatione et proſecutione co/
meſtionis attenditur quando videlicet in
initio menſe ſtatim abſ qꝫ orationis alicuꝰ
ꝑambulo ad cibum manus extenditur. aut
cum quadam voracitate comeditur. ſi pri/
us cibum ori miniſtras q̃ȝ alio ſumpto fue
ris expeditus. Ceterum per moroſam co/
meſtionem congregationẽ detinere ad mẽ
ſam. aut ſi quando extra conuentum bibi/
tur. iuxta potum moram contrahere. non
eſt decens. Hinc per ſapientem ſobrio dici
tur. Ceſſa prior cauſa diſcipline. In co/
medendi ꝛ bibendi frequentia ſeruanda ẽ
diligenter temperantie diſciplina. Sane
poſt refectionem ad potum redire. aut per
diem in domo ex vicioſa conſuetudine. aut
quod turpius eſt poſt completorium bibe
re. non mediocris vicij notam habet. Ho/
neſtius ad menſam quantum indiges bi/
bis q̃ȝ bibendo per diem meriboli morem
geris. Fructus vel aliud quodcunqꝫ ex/
traordinarie ſeculariũ more comedere. pa
tens eſt guloſitatis indiciũ. Si quidem
extra duas vices in die niſi neceſſitate co/
gente in domo vel extra comedere puero/
rum imo pecudum eſt. Senex legem in
vicibus comedendi non ſeruans fertur ꝑ
angelum. aſino comparatus. Ad collati
onem tempe faciendã ieiunij duabus tan/
tum vel tribus ſi indiges bibere vicibus.
temperantie congruit et honeſtati.

Studet ſobrius quandam temperãtie
legem. in ipis etiam neceſſarijs obſeruare.

Denique quorundam ſecularium in faci/
endis cõuitationibus. in fragmentis ꝛ hu/
iuſmodi conſuetudines vitent ad menſaȝ.
Non ſeinuicem facile conuitent. ſed come/
dat vel bibat vnuſquiſqꝫ ꝓ ſue arbitrio vo/
luntatis. quantuȝ neceſſitati ſue melius ſi/
bi nota q̃ȝ alij viderit expedire. Cõgrue
tamen ſenior verecundantes forte vl' nimi
um abſtinentes iuniores inuitat.

Sapor ꝛ potagium ꝑguſtata. vilium quo/
qꝫ ſeu quorũlibet ciborum reliquie. vt ouũ
vnum. tantillum ve pitantie. ſi ventre iam
ſatiato ſuperſit. indecenter cõmenſalibus
maxime ſenioribus ingeruntur. Ence/
nia per menſam non mittant. A fragmen/
tis et reliquijs caueant. ſed de pane ꝛ alijs
ſta ſibi prouideant menſurate. vt coram ſe
vix micas relinquant. In potagio tamẽ
aliquid interdum honeſte relinquunt. id
ſibi pauperum ꝛ temperãtie gratia ſubtra/
hentes. Uerum et ſiquid forte relinque/
re. non tamen vt paterfamilias ad erogan/
dum congerere ꝑmittũtur. Pro ſocijs aut
vix aut nunqꝫ. maxime circa finem refectio
nis panem vel aliud ſcindant. aut potum
in cipho ponant. niſi ſaltem quantum ipſi
ſoli comedere vel bibere valeant. ſi alij qui/
bus hec offerunt non acceptant.

Nunqꝫ pro buccella vt dicitur panẽ. tũc
integrum ſcindant. preſertim ſi apud ſoci/
os fractum inueniant. Si ciphum com
munem habuerint. qui bibere voluerit nõ
amplius de potu apponat q̃ȝ poſſit bibere
vna vice. Inter reliquias que aliquãdo
fiunt. inutile aliquod vel nociuum vt que
de nuce. ouo. caſtaneaqꝫ proijcimus. alia q̃/
qꝫ huiuſmodi nullo modo reliquant.
Murilegos vel aues ad menſam non pa/
ſcant. cum nec in refectorio debent ſuſtine/
ri. Poſſunt cum dictis ꝛ ſimilia circa co/
meſtionem attendi. Ueruntamẽ ſũt nõ/
nulla. que licet cõmuniter vicioſa putent̃.
interdum tamen inter domeſticos in ſpiri
tu caritatis ſine vicio exercentur.

## De diſciplina in opere manuali. Capitulũ XXII.

AD diſciplinam circa exercitiuȝ ope
ris manual'. quod videlicet manua
li opere corꝑaliter exercetur ſeruan
dam. neceſſaria eſt diſcretio. diligẽtia ꝛ ho/
neſtas. Eſt habenda diſcretio circa opꝰ.
vt quod faciendum eſt diſcrete fiat.

Diſcernenduȝ eſt primo. vt inutili operi
neceſſarium. bono quoqꝫ melius. ꝛ meliori
optimum preferatur. Iuuare frẽm cũ i/
diget multũ vtiqꝫ opi peculiari ꝑpõderat.

Rurſum celebrare volenti. iuuamẽ ſub/
trahere. maiorem q̃ȝ pluribus alijs offen/
ſam eſſe quis ambigat. Eſt etiam diſcer/
nenduȝ. quod opus quo tempe fiat. Non/
nulla ſiquidem in feſtis diebus non fierẽt.
que in profeſtis bene fieri poſſunt.

Uidetur igitur in operibus diſtinguen
dum. Sunt enim exercitia quedam q̃ ne/
ceſſitati quotidiane inſeruiunt. vt eſt cibo/

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

rum preparatio neceſſariorū ad diē vten/
ſilium coquine ablutio. et conſimilia ꝙ om/
ni tempore fieri ſolent. Sunt quedā alia
que in diem alteram differri poſſunt. vt eſt
ſcribere in quaterno. tunicas cum ꝟgis ex/
cutere. caput abluere. cetera& alia a quibꝫ
eſt diebus dominicis et feſtis precipuis ab
ſtinendum. ob ſacri renerentiā temporis.

Feſti nanq& dies per honeſtū quietis
ocium. alij vero dies per laboris debiti ex/
ercitium honorantur. De quo Hugo.
Quantum ait addit decoris diebus feſti/
uis dies vacationis. tantum ornamēti con
fert ceteris diebus ſtudium boni operis.
ita vt in illis quiſquis noluerit eſſe quietꝰ
index ſit ſue vanitatis. et in iſtis qui nō fue
rit laborioſus teſtis pigricie.

Carnales ſiquidem mentes ne vel in il/
lis diebus quieſcant. vanitas exagitat. Ne
vel in iſtis in bono ope ſe exerceant. pigri/
cia ligat. Deinde quaſi concludens ſub/
iungit. Quapropter non negligenter ha/
benda eſt in bono opere diſcretio tempoꝝ
quia ſicut malum opus nullo tempore lau
dabile eſt. ita etiam bonum opus quodā/
modo reprehenſione dignum iudicatur. ſi
tempore oportuno factum non eſt.

Diligentia in opere et promptitudine
operantis. et deuota fideliq& operandorū
executione dinoſcitur. Diligentie huiuſ
modi promptitudo non in opere manuū
tantū. imo in conuentuali quolibet maxi/
me locum habet. Quicquid pertinet ad cō
uentū. id precipuo diligentie ſtudio ē agen
dum. Sint ergo precipue ad conuētualia
exequenda promptiſſimi. nunꝙ& tarde ad
opus dei vel ad menſam occurrant.

Unde ſanctus Benedictus. Ad horā
diuini officij mox vt auditum fuerit ſignū
(relictis omnibus que in manibus fuerit)
ſumma cum feſtinatione curratur. cū gra/
uitate tamen vt nō ſcurrilitas inueniat fo/
mitem. Ergo nihil operi dei ꝑponatur.

Ad menſam autem qui ꝑ negligentiam
non occurrerit ante verſum. vt ſimul om/
nes dicant verſum ⁊ orent. et ſub vno om/
nes ad menſam accedant. Si vſq& ad ſecū/
dam vicem correptus. emendare neglexe/
rit. iuxta ſancti decretū a cōmunis eſt mē
ſe participatione arcendꝰ. vt ſolus a cōmu/
ni conſortio ſequeſtratus reficiatur. ſua ei
de vino ſi fuerat habiturus portione ſub/
lata. Digne quidē a cōmuni refectione re/
pellitur. qui ſe ꝑ vicium a cōmuni oratiōe
ſecludit. Abſit a ſeruis dei viciose huius
conſuetudinis turpitudo. vt conuentuale
aliquod diuinum ꝑſertim officium alteriꝰ
pretextu cuiuſlibet. tardo acceſſu vel certe
abſceſſu propter opera dehoneſtent. Ut
tardus acceſſus. ſic ante horam receſſus ſi/
ne graui ꝑſumptus neceſſitate arguitur

Impatientis ⁊ vani ſignum eſt homis
in cōmunibus anticipare receſſum. nec o/
pus dei poſſe in choro finetenus expecta/
re. Si monachum ſancto narrāte Gre/
gorio. poſt completum officiū cōtinuo re/
cedentē. viſus eſt demon ab oratorio retra
here. quid de his qui nec ipſius expletionē
officij ꝑſtolātur. Haud dubium conuentu
alis vbilibet decorem integritatis neglige
re. inexcuſabile prorſus remiſſionis eſt vi/
cium. Ad vicium autem vix occaſio de/
erit. ſi quelibet admittatur. Omnes de/
niq& fratres labores non ex ſola conſuetu
dine vt vitula docta trituram diligere. ſed
ex animi deuotione ſectentur. vt in cōmu/
nibus ſit feruoris affectio ſpecialis.

Conuentualem vitam vt ſanctiſſimam
imo angelicam toto affectu animi ample/
xantes. ei tam continua ꝙ& deuota ꝑſecuti/
one adhereant. Quantū ad officium men/
ſam ⁊ alia. vix niſi coacti a conuentus con/
gregatione recedant. Tantam deus cō/
uentui efficaciam contulit bonitatis. vt ibi
augmentum ſuſcipiat boni bonus. aut ve/
niam mali malus. Multa in conuentu bo
na ꝑſentibus conferūtur. abſentibꝫ ſubtra
huntur. Saul ad conuentum pſallentiū
ꝓphetarum accedens. ꝓpheta efficitur. ex/
tra conuentū factus ꝑuertitur. Thomas
diſcipulorū abſens conuentui viſionis do
minice conſolatione fraudat̃. quā ad colle
gium reuerſus aſſequitur. Diſcipuli parit̃
congregati ſpiritūſanctum accipiunt. In
conuentu dominus habitat et quieſcit. ibi
deuotos quoſq& vberiorꝫ gratie pabulo re
focillat. ibi ꝙ& plures negligentie ꝑſonales
in diuino maxime officio ſubrepētes. ꝯgre
gationis cōmunione ſupplentur. Ibi quod
ſuis quiſq& non poteſt. aliorum meritꝫ obti
nere meret̃. Ceteꝝ lꝫ ad maiora domꝰ offi/
cia vicꝫ hoſpitalarie. refectorij. infirmarie

lectionis ad menſam et huiuſmōi p̄ncipali
ter et continue facienda. nouicios fratres
aſſumere. prouida religionis ꝯſuetudo nō
habet. Si tamē quādo ꝯtingat eis aliqua
huiuſmodi officioꝝ. vel ad horaꝫ cōmitti.
magna debent deuotōe ſuſcipe. ⁊ ad faciē/
dum ea māſuete. velociter. acceptabiliter.
integre. circūſpecte. magnā debent diligen
tiā adhibere. Manſuete ħ eſt ſine mur/
mure et diſplicentie ſigno. Fili ait ſapiens.
In manſuetudine opera tua ꝑfice. Eſt
in ope bono neceſſaria ſtrennua velocitas.
De qua Sapiēs dicit. In opibus tuis e/
ſto velox. Velocitas hec maturitatꝫ nō re/
mouet grauitatē. ſed viciū tarditatis exclu
dit. Eſt etiā acceptabiliter operandum.
vt quibus miniſtraꝛ. put honeſte fieri pote
rit ſatis fiat. Optabat Apoſtolꝰ et orari
rogabat. vt oblatio ſua fieret acceptabilis ī
hieruſalēꝫ ſanctis. Magnus ꝑfectus eſt
ei. cuiꝰ miniſterio multi leti facti deum lau/
dant. Integritas in ope bono requiriꝛ.
vt nō diminute. nō ad euaſionem vel quaſi
ad oculū ſed ꝑfecte vt res exigit fiat. Cir
cūſpectio in obſequijs put officioꝝ requi/
rit varietas eſt habēda. quod p exemplū in
vno officio meliꝰ patet. Si quādo refe/
ctorarij vicem gerāt. que miniſtranda fue/
rint. tempe cōgruo. et mō. debito p̄parata
miniſtrent. ⁊ religioſe diſtribuāt. ne in men
ſa defectus. vel circa miniſteriū ſuū minus
expediens aliqđ accidat puiſuri. Mini/
ſtrenꝛ itaqꝫ neceſſaria tempeſtiue. Tur/
pe eſt ſi ꝓpter vnius defectū tota cōgrega/
tio expectet. Sic ⁊ oīa ſiue fructꝰ ſiue ſa/
pores ſiue alia comedentibꝫ congrue appo/
nenda. puſqꝫ fratres ad mēſaꝫ intrauerint
puide apponūtur. Conferendoꝝ colla/
tio ſucceſſiua ꝯuentū ſepius detinet. impu
tanda ſi qđ ē cauſeꝛ ex negligentia miniſtro
rū. Ad menſam vero quicqđ apponiꝛ. p̄/
paratū vt decet reficientibꝫ offeratꝛ. Nuces
ſi dande fuerint p̄us frāganꝛ. herbe crude
ſi apponende fuerint mūdenꝛ. ⁊ ſic de alijs
obſeruetꝛ. De omnibꝫ que apponunꝛ. ſua
cuilibet ſi fieri poteſt portio ſingulariꝛ tri/
buatur Sunt rurigene q̄ nec a prelatis
diſcreta. vel ab extraneis ſorte diſtinguāt.
Cōmunia maxime vt ſal ⁊ aqua mēſe nō
deſint. q̄ in p̄mis puidus miniſtrator appo/
nit. Aqua nō ſolum p temperādo vino.
imo ⁊ ſepe p alijs neceſſaria eſt in mēſa.

Coclearia quoqꝫ ſunt ad omne potagium
oportuna. ne in parabſide cū digito piſca/
ri oporteat. ⁊ ne iuxta Hugonē in eodē iu/
re ⁊ manus ablutionē ⁊ ventris refectionē
videaꝛ querere. Nurilegos vel aues q̄
tenenꝛ alicubi cōtra ranas nullatenꝰ eſſe ī
refectorio dū fratres comedūt patiantur.
Nec em̄ hoc eſt expediēs vel honeſtū. Sic
⁊ in alijs circa iſtud vel aliud quodcūqꝫ ſi/
bi impoſitū officiū ſint intenti. Scriptum
eſt em̄. Cuncta cum diligentia facite. Et
iterū. Agite diligēter ⁊ erit dñs vobiſcū in
bonis. Sic ageris in timore dei fideliter ī
corde ꝑfecto. Honeſtas in opatione ſer/
uatur. ſi oīa que agunꝛ cū maturitate ac
religioſitate quadā exerceanꝛ. ⁊ in oībꝫ nī
tor inueniaꝛ mūdicie. Hoc em̄ religioſum
maxime decet.

## De diſciplina in inceſſu. Capitulū XXIII.

Diſciplinā circa inceſſuꝫ. penes mo
dū ⁊ diſcretionē in ambulādo cōſi/
derent. Honeſtus em̄ modꝰ req̇
rit. vt nō impetuoſis ⁊ fractis greſſibꝫ am/
bulent. nec erecta ceruice. nō ꝓminenti pe/
ctore. ſeu etiā inclinato ſup humerū capite.
aut vagabunde pendentibꝫ manibꝫ. q̄ om/
nia vel leuitatē vel ſupbiam vel remiſſionē
vel hypocriſim ſapiūt. Debent etiā ī eun
do diſcretionē habere. ne de illoꝝ numero
cenſeanꝛ. de quibꝫ diciꝛ p ꝓphetā. Nō eſt iu/
diciū in greſſibꝫ eorū. In eorū greſſibꝫ non
inueniꝛ iudiciū. qui eundo neceſſitatē vł or
dinem nō attendūt. Neceſſitas diſcurſum
inutilē. Ordo inordinatiōis ꝯfuſioneꝫ ex/
cludit. Diſcurſum igiꝛ p domū. p hortū.
et extra domū. qui magnū eſt inſtabilis mē
tis iudiciū. caute vitent. In domo. ne ſcili/
cet officinas. de loco ad locuꝫ. de fratre ad
fratrē inutiliter euagenꝛ. aut loca rumori/
bus audiendis. vel collocutionibꝫ apta fre
quentēt. ſed in locis ſibi cōceſſis. vt ſunt ec
cleſia. celle. capitulū ſi extranei affuerint. vł
alijs locis ſi qua ſibi fuerit ſpecialiꝛ depu/
tata cū ſilentio reſidentes. Officinis priua
tis. puta vbi cibaria p̄paranꝛ infirmi vł ho
ſpites recreanꝛ. aut fratrū congregatiōi. vł
comedentibꝫ et bibentibꝫ ſe nullatenꝰ inge
rant nō vocati. Erubeſcant p̄cipue ad refi/
ciētiū menſaꝫ accedere. vł eis niſi p euidē
ti miſterij neceſſitate aſſiſtere. Effrontꝫ eſt
hoīs nō erubeſcere comedētes. Verūtā ſi

quãdo eos loca ſibi nõ conceſſa neceſſitas
adire cõpulerit. ad oſtium pulſare aliquã/
tulum poſſunt. vel vt aliquis egrediaꝛ ad
eos. vel ipſi vocati ſecurius ⁊ honeſtius in/
trent  In hortũ nõ vadant abſq̧ licentia
niſi eos vel ab aliquo ꝓfeſſo mitti contige/
rit aut vocari. ad loca ſua poſtq̄ȝ ab eo re/
ceſſerint. vel eius negocium fecerint. q̄ci/
tius reuerſuri.  Veruntamen eorum in/
ſtructor iuxta ſupioris diſpoſitionem. nũc
hos. nunc illos. aut etiã oẽs ſimul ad ſpa
ciandũ in horto cauſa recreatiõis. vl' alicu/
ius bone collatiõis poterit ꝑ ſe vel ꝑ alium
fratrẽ ꝓfeſſum cũ expedire viderit vocare.
Tempe ꝓbatiõis domũ exire ꝓpinquos
ſuos viſitare nõ curent. nec eni inter cogna
tos ⁊ notos domin⁹ inueniꝛ. Vñ Bernar
dus. Quõ te bone ieſu inꝛ meos cognatos
inueniã q̇ inꝛ tuos mime es inuent⁹  Si
qñ domũ q̄uis de ſupioris licẽtia exeunt.
nihilomin⁹ tamẽ idipm ſignificent ſuo in/
ſtructori. qđ ⁊ de ſuis alijs notabilib⁹ factꝫ
obſeruent.  Ordo circa inceſſum eſt reli/
gioſo in cõuentu ſpecialiꝛ ſeruãdus. vt i ꝓ/
ceſſionib⁹ fratrẽ ſibi collateralez attendat.
vt chori ſui partẽ in refectorio ⁊ in clauſtro
cũ ꝓ gratijs ad eccl'iam itur. ⁊ in oĩ tene/
at loco. nec ſe ad chorũ aliũ vl' in refectorio
vel in clauſtro vel alibi trãſferat. niſi cauſa
rõnabili ꝑurgente.  In eccl'ia vero inter
pulpitũ in medio chori poſitũ ⁊ altare. duz
maxime ibi aliq̇d diciꝛ nõ facile trãſeat. ni/
ſi forte alibi liber nõ pateat tranſit⁹. ⁊ tunc
ab ipſo pulpitu tranſiẽs ⁊ inclinãs. ne pul/
pitum videaꝛ venerari. nõ ante ipm directe
ſed a latere decenti⁹ inclinabit.  Eſt ⁊ or/
do reuerẽtie ⁊ decentie ĩ inceſſu. vt nõ paſ/
ſim ſeniorẽ iunior antecedat. aut qñ vitari
facile poteſt frequentes ⁊ nimis ꝓpinq̄s ei
trãſitus faciat ante ipm. In eccl'ia quoq̧ in
ter miniſtros altarꝫ. ſubdiaconuz videlicet
dyaconũ ⁊ ſacerdotez in officio ſuo ſolẽniꝛ
miniſtrãtes. necnõ ⁊ ante frẽs infra deam/
bulatoriũ ſediliũ ⁊ formarũ. min⁹ honeſte
ꝓter neceſſitatẽ trãſiꝛ.  Sed illud deam/
bulatoriũ intraturi. ad vacua debẽt ſedilia
ꝑ introitũ ſedilib⁹ ipſis ꝓpinquiorẽ accede/
re. niſi ob aliquã reuerentiã ꝑſonarũ. ſi for
te intermedie fuerint. ſit aliter faciendũ.

## De diſciplina in geſtu membrorum.
## Capitulũ XXIIII.

Et in alijs membroꝝ corpis ſiue
oculorum ſiue oris. ſiue brachiorum. ma/
nuumq̧ officijs diſcipline ſtudenduz. De
quib⁹ adhuc aliq̇ breuiter ſupponentur.
Amatores igiꝛ honeſtatꝫ. oculos ab in/
ordinata euagatiõe ⁊ exaltatiõe in mẽſa et
ĩ choro ꝑcipue diligenꝛ cuſtodiãt.  Scri
ptũ eſt em̃. Oculi ſtultoꝝ in finib⁹ terre. Et
dilatatio cordis eſt exaltatio oculoꝝ.  Le
uat quidã ꝓpheta oculos vt petat auxiliũ.
dñs vt impendat.  Tu quoq̧ ſi locũ cau
ſam ⁊ tp̃s ↄſiderãs. tua vel fratrꝫ neceſſita/
te oculos leuas. nõ ſolũ nõ culpo ſed pluri
mũ laudo. hoc em̃ excuſat miſeria. illud cõ/
mendat miſcđia. Sin alias nõ ꝓphete. non
dñi ſed dine vl' eue. imo ipſi⁹ ſathane te imi/
tatorẽ dixerim  Nõ ſint in riſu faciles. nec
in voce clamoſi.  Cachinnus ꝑcipue. gra/
uitatẽ religioſi plurimuz dehoneſtat. Vile
prorſus religioſum virũ vt puerũ cachina
re.  Nõ licet religioſum virũ diſſolutꝫ la/
bijs riſuz ꝓferre. ſed hilari vultu cordis hi
laritatẽ ꝓtendere.  In datiõe pacis labia
ſemꝑ claudãt. quib⁹ aptis turpiter exhibeꝛ.
Nares nõ in alioꝝ aſpectu ſed ad partẽ.
cũ duorũ tm̃ aut triũ appoſitiõe digitorum
emungãt.  Seorſum etiã ſpuendũ ẽ ma
xime in cõuentu. ne loca publica ſiue i cho/
ro ſiue alibi ſputo fedenꝛ. ⁊ aſtantiuz oculi
offendanꝛ.  Patet quoſdam in ipſo chori
deambulatorio ad pedes ſuos palam fra/
tribus ſpuere. nec pudere.  A notabilib⁹
corpis ſeu membroꝝ extenſionib⁹ que cuz
oſſitationib⁹. vel alias nõ ſine quadã inho/
neſtate fieri ſolent. oĩno abſtineant. Tunc
em̃ ſunt corpus ⁊ brachia cõprimẽda. ne cũ
huiuſmõi pigricia extendanꝛ.  Honeſto
incõgruum viro pigra mẽbra diſtenſione
reſolui.  Diſſolutiões fugiant manuales.
grandia nãq̧ cauſant ꝑicula. ſoletq̧ luctus
ludo accidere corporali. et poſt cõmeſtionẽ
precipue ſe a iocoſitate notabili ⁊ multilo/
quio ſtudeant temꝑare.  Siquidem licȝ
oĩ temꝑe diſſolutionis leuitas ſit vitan/
da. poſt refectionẽ tamẽ vl' alias cũ ſolo fra
tre et iterũ coram cõuentu turpius agitur.
Turpiſſima eſt diſſolutio in conuentu.
Ad hec aliũ quẽpiam ꝓter neceſſitatẽ ad
cingulum vel manũ accipe flores fruct⁹ vel
baculũ in manu ocioſe geſtare. cingulũ inꝛ
digitos voluẽdo rotare. honeſtati nõ con/
ſonat. imo laſciuie ſignuz q̇dãmõ ꝓtendit.
In lotiõe manuũ qñ ď vaſe manuali aqua

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

recipit᷑. vas ip̄m nūq̄ʒ a ꝑte ſuꝑiori precipue manib⁹ diſtillātib⁹. ſʒ ꝑ anſam poti⁹ vl'a latere vel a fundo accipiāt. ne guttis manuuʒ aqua reſidua ſordidet᷑. In lecto ſe honeſtiſſime iacēdo cōponāt. nec ſupini iaceant. nec genua leuādo calcaneos iūgāt aut tibias. Hec ꝛ ſilia nō ſūt vt mīma temere aſpernāda. Clara nōnūq̄ʒ ꝯuerſatōis inſignia quedā i mīmis obfuſcāt inептie. Plerūq̄ʒ modicꝭ paulatim ꝑ icuriā ſubrepētib⁹ maculis. tota moꝝ ꝯgeries inq̄nat᷑.

## De diſciplina circa habitū ſeruāda. Capitulū XXV

Diſciplina in habitu pōt tā circa pannū q̄ʒ circa formatiōʒ. coaptatiōem vſus ei⁹ ꝯtinuationē. ꝛ mūdicie ꝯſuationē attēdi. Circa pānū. vt nō ſit ꝑcioſitate. mollicie. vel ſubtilitate notabilis. Veſtis ꝑcioſitatē. etiā mulierib⁹ petr⁹ interdic᷑. Porro q̄ mollib⁹ induūt᷑. in domib⁹ regū ſunt. Int᷑ diuites palatij. ꝛ paupes clauſtri debet ēē differētia. Mollia veſtimēta animi molliciē indicāt. Molles ait q̄dam. mollia querūt. Subtilitas ꝛ nitor repħēditur i byſſo diuitꝭ epulātis. Nimia panni ſubtilitas ꝛ ſi nō ꝑcioſa. nihilomin⁹ tm̄ in ꝓpoſito pn̄ie vicioſa. Sit cure nouicijs pānoꝝ ꝑcioſitatē. ſubtilitatē. ꝛ incōgruā religioni molliciē nō curare. Vereant᷑ ꝛ renitātur vt poſſūt. mutari ipoꝝ ſanctoꝝ ꝯ veſtiū vilitate cēſurā. ꝛ vicioſam ꝯſuetudinē induci. In ſignū ſunt pāni tui dn̄e ihu. ſed i ſignū cui a multꝭ vſq̄ʒ hodie ꝯtradicit᷑. Honeſta exigit veſtimētoꝝ formatio. vt non ſint nimis lata vl' ſtricta. Amplitudo vl' lōgitudo veſtimēti ſuꝑflua ſiue i manicꝭ ſiue i capucio. ſiue in collario capucij eſt admoduʒ fugiēda. ſʒ nec apturis q̄buſdā circa cingulū vl' alibi. aut curioſitatib⁹ alijs q̄buſcūq̄ʒ ē habit⁹ deformād⁹. Coaptatio q̄dā religioſo eſt decēs. q̄dā indecēs. Indecēs eſt ſi ꝑter morē religiōis fuerit curioſa. vt ꝑ́bi grā. ſi capucij collariū quadā in gyro replicatōe iuxta mūdanoꝝ ꝯſuetudinē coaptet᷑. aut curioſe ip̄m replicet᷑ capuciū circa genas. Decēs eſt q̄n nō curioſitati ſʒ honeſtati deſuit. vt videlicet veſtꝭ honeſte portet᷑. ꝛ honeſte ꝓ loco ꝛ tp̄e diſponat᷑. vt honeſte portet᷑. ſuccingēda eſt equalit᷑ ꝛ decēter. ſi em̄ ex vna parte notabilit᷑ pēdere ꝑmittat᷑. vel in alijs ꝑparatio debita obmittat᷑. fatuitatē vl' negligentiā vel hypocriſiʒ ſapit. Aptāda eſt veſtis maxime circa pect⁹ ꝑ applicationē ad collū. ne collū ip̄m vſq̄ʒ ad pect⁹. vl' interiores pāni hoim aſpectui exponant᷑. q̄d irreligioſū ē valde. Cauendū eſt circa portādi modū. ne q̄s ꝑeffluat. vt ſi os ſub capucio vel mētū abſcōdat. ſi dn̄aꝝ more tunicā a laterib⁹ tenēdo incedat. aut manū in ſinu tenēs tunice manicā exteri⁹ pēdere ꝑmittat. Qn̄ ei manū in ſinu vel ad horā ponere cogit neceſſitas. a manu altera ꝑ̄ſumpta tunica cauti⁹ ē tenēda ne pēdeat indecēter. vt manū in ſinu teneri vix a ꝑte aſtātib⁹ ꝑcipi valeat. Ambas aūt man⁹ in ſinu tenere q̄ʒ irreligioſuʒ ſit. palā oīb⁹ eſt. cū vel vnū diu teneri vix excuſat ipa neceſſitas. Dānati eſt corpoꝛꝭ ꝛ mēbroꝝ officia exeq̄ nō valētis. manicas nō regere deſuētes. Et quidē cū interi⁹a ſua cuſtodia ſoluit᷑ mēſ. ꝛ mēbra forꝭ ad omnē actū inordinate mouent᷑. ꝛ tā in veſtib⁹ q̄ʒ in alijs diſcipline cura negligit᷑. Incōpoſitio corꝑis. qualitatē indicat mētis. Sunt ꝛ alia circa modos portādi vitāda. Sūt inquit q̄dā ſtulti q̄ quondā officioſo artificio veſtimēta ſua circa ſe cōponūt. Alij iactādo ꝛ ventilādo pānos ſuos. leuitatē mētis ſue ex ipa ſui habit⁹ mobilitate oſ̄ndunt. Alij incedētes ſinuoſo ſirmate terrā vertūt. ꝛ limbis depēdētib⁹ imo retro ꝯſequētib⁹ caudiſ in ſilitudinē vulpiū veſtigia ſua obducūt. ꝛ quocūq̄ʒ ꝑterint q̄ſi turbo tēpeſtatis puluerē cōcitāt. Diſpoſitio habit⁹ aliq̄n rōne ōꝑis. aliq̄n rōne ꝯſortij variat᷑. reſpectu q̄ꝝ habēda eſt ꝯſideratio diſcipline. Ad exercitium ōꝑis tā ꝓpter expeditionē q̄ʒ ꝓpter cuſtodiā mūdicie. honeſta ꝓut res exigit ꝑparatio veſtis req̄rit᷑. vt patet ſcʒ q̄ntū neceſſe fuerit ſuccingat᷑. manice ꝟo retrahāt᷑. et ꝓut expedierit cōponāt᷑. ne ſuꝑ man⁹ vel ſuꝑ reʒ ipam q̄ tractat᷑ recidant indecēter. precipue ad ꝑ̄uatas cuſtodiēde ſūt manice diligēter.

Diſpoſitio hm̄ōi tolerabilis imo cōmendabilis eſt in ꝑ̄uato. q̄ tamē in publico maxime corā extraneis nō eſt decēs. Qn̄ ergo corā extraneis aut corā cōuentu ꝓcedit᷑. q̄ſtū res patit᷑ ad diſpoſitiōem cōmuneʒ eſt habit⁹ tā in manicꝭ q̄ʒ in alijs reuocandus. Caput ſi nudū fuerit. capucio ꝯgruit amiciri. In oīm ſiquidē publico loco ſiue chorus ſiue refectoriū. ſiue ali⁹ fuerit loc⁹ fratꝝ ꝯgregatiōe pn̄te. ꝛ multo magꝭ int᷑ extraneos. operto decēter capite religioſus ē admodum vir honeſt⁹. vbi ob reuerētiam alicu⁹

ff

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

miniſterij vel pſone aliter ſit agendū Nō ca
pucij tamē ſiue corā fratrib9 ſiue corā extra
neis. nimis i capite ſine rōnabili cauſa pfū/
dandū eſt Optā ſub capucio facies qndā
hypocriſis notā infert. z aliorū in ſe oculos
ſua ſingularitate ↄuertit. Decet ḡ caput i
publico. nō faciē opiri In lotiōe q̄z pedū
ille cui p xpo tale miſteriū exhibet. operto ſi
pōt cōmode capite. humilit z ſine multilo/
quio debet eſſe. z caritatꝫ obſequiū cū timo
re ac deuotiōe ſuſcipe. Nec debet q̄s ibi vel
alibi tibias nimis exponere. ſꝫ magꝰ tunica
circūcingere diligēter Turpe eſt eni religi
oſis pſonis. carniū nuditate occurrere. La
tet ois honeſt9 ne ei9 vnq̄ꝫ appareat caro nu
da. niſi q̄ꝫtū ↄpulerit neceſſitas manifeſta.

De ſctō legit q cū neceſſe haberet fluuiū
trāſuadare. rogauit ſociū ſuū vt paululū a
ſuo separet aſpectu. ne ſuā inuicē corpis nu/
ditatē vterq̄ꝫ ↄſpiceret. Receſſit ſoci9. nihil/
omi9 tñ ille ſeipꝫ cū nudare ſe vellet erubuit
Cogitantē tñ in alterū fluuiū. virtus diuia
trāſpoſuit. Haud dubiū. honeſtatē dñs ac
ceptauit. Pānos q̄z interiores. z q̄ vltra
cōmunē ſeu regularē formā. ſiue in veſtib9 ſi
ne in alijs indulgent. qntū neceſſitas patit
occultari oportet. Vñ nec almucia palā ex/
tra capuciū. religioſe portant. Reſtat de
vſus habit9 ↄtinuatiōe. z mūdicie in eo ↄſer
uatiōe videre. Uſus habit9 put habitus p
ſpeciali ſigno religiōis accipit. ↄtinu9 dꝫ eſſe
vt religioſus frater nō ſit vel modicum ſine
ipo niſi neceſſitas euidēs eū cogat Secu
laris pſone nuditas z religioſus ſine habitu
cōparāt. Cauēdū etiā ne habit9 dū ſedet
aut genuflectit aliquā inquinamēti maculā
cōtrahat. z ſi quā pter aliquā cauſam aliqñ
ↄtraxerit. vel pter ſudorē mūdificari citius
debet maxime ſi loco fuerit apparēti. Propt
hoc immūdicia illa q̄ i oris capucij circa ge/
nas cōtrahit ex ſudore. debet cū diligētia re
moueri. Feda religio. q̄ innititur feditati.

Culpat quidē z cult9 mūdicie nimi9 z ne/
glectus.

¶ De diſciplina in officinis inter fratres.
Capitulū XXVI

DEniq̄ꝫ in officinis. maxie in refecto/
rio. in oratorio. dormitorio. ceteriſq̄ꝫ
q̄s cōſueuit frequētare ↄuent9. etiaꝫ
ad latrinas diſciplinate ſe habeāt et quiete
Nunq̄ꝫ p ſuſurriū vel tumultū occaſione
ogis alicui9 frēs orātes ſtudētes aut q̄eſcen
tes impediāt. In oratorio nemo aliquid
agat niſi ad qd factū ē. vnde z nomē accepit
Unde ſi forte aliq̄ etiā pter horas ſtatutas
ſi eis tps vacat orare voluerint. nō eis ſint i
pedimēto q̄ ibi aliquid agendū putauerint

Cū p dormitoriū fratrib9 quieſcētib9 va
dunt. plane imo q̄ſi furtiue incedāt. Tūc
parādo lectū vl alio quouis mō quieſcētes
rephenſibilit inq̄etāt. Surgētes a lecto
ipm decēter opiant. ne velut irrationabiliū
cubile remaneat iparat9. De puatis loq̄.
ſi cui turpe videt. turpi9 nouerit turpe aliq̄d
ibi cōmitti. Ibi nō cōgruit vt quaſi mox ge
licidio perituri. amict9 acceſſorij ſarcinā de
ferāt. ibi religioſus cū ſummo ſilētio. z opto
pfundo capite debet eē. Ibi ↄfabulari et p/
ter neceſſitatē hac z illac capite diſcoopto re
ſpicere religioſoꝝ eſſe nō dixerim. ſꝫ ſcurraꝝ
Ibi ſeruāda in manuū z veſtis diſpoſitione
honeſtas. Ibi honeſt9 quiſq̄ꝫ diligēti alijs
opa cauet. ne p ipm aut p ei9 incuriā aliquiſ
offendat. Ibi cauendū eſt eis ne ſtātes vri/
nent. vel a loco min9 honeſte recedāt. Sed
nec p ortū eſt facile vrinandū vel alibi. vbi ſi
ue a ſocijs ſiue ab alijs poſſit videri. quia vt
ait quidā. Multa pñt honeſte fieri que nō
poſſunt honeſte videri. De ſingulis ad di
ſciplinā p ſingulas officinas z loca ſpectāti/
bus. vix aut nunq̄ꝫ ſingulariter poſſet ediſſe
ri. Ad multa tñ haberi poteſt diſcipline cō/
ſideratio ex pdictis. In hoſtijs aūt offici
narū. aut vbi fratrū cōmunis eſt trāſit9. ma
xime circa itroitū puataꝝ. vñ ad neceſſaria
eūtes z redeūtes reſpici poſſunt. nunq̄ꝫ ho/
neſti fratres faciāt ſtatiōem. Quādo etiā
intrāt z exeūt officinaꝝ ſecretioꝝ hoſtia poſt
ſe claudāt. ne ſupueniētes extranei z intran
tes fratres inueniāt iparatos. Nunq̄ꝫ ex
traneos licet familiares ad viſitandū offici
nas inuitēt. Si qñ tñ ad aliquoꝝ inſtantiā
eas oſtendere pmittant. domos tñ cōinio/
res nō intra p ſingula loca ſeu āgulos per/
agrando. ſꝫ ab hoſtijs expedite qntū hone/
ſtas pmiſerit oſtēdentes quicq̄d eoꝝ aſpe/
ctui ſubtrahere poterūt ſubtrahāt z furent

Nō eſt religio vbi omib9 omia patēt In
locis cōmunib9 vbi fratrū occurrerit freq̄n
tia. nullo modo detineāt aduētantes In
firma hec puulis exprimēs. grandiū ocilla
nō vito. ſed vbi proficit. paruiducend9 eſt il/
luſor.

¶ De mō ↄuerſandi i omī loco ſeculariū.

## Capitulū XXVII

Nunc videndū qualiť in villa. itinere.
eccłia. ⁊ domo. ⁊ locutōe ⁊ comeſtiōe.
ſit nouis frīb; inť extraneos ꝯuerſā
dū. Si qn̄ exeūt domū. hn̄da ē eis cuſto/
dia diſciplīne. reſpectu ſocietatꝭ ⁊ ſui So
cietas ⁊ ſolaciū ⁊ honeſtas. religioſe cōuenit
dignitati. ꝓpter h̄ in villa ꝑcipue ſeniorꝭ cū q̄
fuerint veſtigijs ſp̄ inherētes. ſe ab eo etiam
ſub vno tecto nullaten᷒ ſeparēt. qn̄ ad min᷒
videri ſp̄ ab ipo libere poſſint Seipos āt
ꝙtū ad circūſpectiōꝫ. locutiōꝫ. habit᷒ ⁊ mē/
broꝝ diſpoſitōꝫ i diſciplina ꝯtineāt. Non
circūſpiciāt i vicis ciuitatꝭ. vt ſapiens docet
Auertāt oculos ſuos ne hauriāt vanita/
tes. a ſeculariū collocutiōib; prudenť abſti
neāt Man᷒ ſuas religioſe ꝯponāt Nū/
ꝙ inť hoīes diſcoopto capite vł almuciati.
vel alias indiſciplinate icedāt. Sꝫ nec ſecu/
lariū vł religioſoꝝ domos ſubito ignorāti/
bus eis itroeāt. ſꝫ vocādo ab hoſtio. vł pul
ſando. vł alio quoq̄ mō ꝓpoſitū ſeu volūtatē
ingrediēdi ꝓnunciēt. Vir erudit᷒ ait ſapiēs
foris ſtabit. ſꝫ nec ſine ductore. ꝑ ſeculariuꝫ
domos. vł ꝑ religioſoꝝ officinas ē vagādū.

De mō ꝯuerſandi i itinere ꝯſtitutis

## Capitulū XXVIII

Si fuerint extra villas in itinere ꝯſti
tuti. ⁊ ꝙtū ad ſocietatē ⁊ ꝙtuꝫ ad ſe/
ipos caute ſe debēt ⁊ religioſe habe
re. Qꝛtū ad ſocietatē debēt ſibi a mlͥerib;
a ſcurrꝭ. ⁊ rōe ꝑiculi a ꝑſonis ď maleficio no
tatꝭ attēdere. Taliū ꝑſonaꝝ ſocietas ſinglͣ
ris. religioſis virꝭ niſi forte ad horā ꝓ aīe cā
nō ꝯuenit. debēt ſe tn̄ prudenť a ꝯſortijs hu
iuſmodi ſegregare. Ipi aūt frēs in itinere ſe
ab inuicē n̄ debēt nimis diſiūgere. qn̄ ad mi
nus mutuo ſe videre ⁊ audire facile poſſint
Nō eſt tutū aut decēs religioſis ꝙs cōgruit
binos ire. alteꝝ ab altero lōgi᷒ ſeparí. Talꝭ
ꝙ ſepatio eis i ꝑiculū. ⁊ occurrētib; cedit in
ſcandalū. Quātū ad ſeipos debēt i factꝭ ⁊
v̄bis diſciplinate ſe gerere. In factꝭ dꝫ ho/
neſtas deuotio ⁊ diſcretio apparere. ꝓpť ho/
neſtatē diſſolutōes tā manuales ꝙ alias q̄
curſitādo vł aliť quomodolib; fieri pn̄t pe
nit᷒ vitēt. Multa eñ ex h̄ incōueniētia vt
expertū eſt pn̄t ſeq. hoīb; frequēter de q̄b; nō
aduertit. vidētib; q̄ agunt. Nō ſunt brachia
notabiliť denudāda. nec veſtes nimiū ſucci
gende. vł aliť irreligioſe tenēde Ceteꝝ ad
deuotos ꝑtinet frēs. eccłijs qn̄ trāſeūt iuxta
ipas. necnō ⁊ crucib; deuotꝭ inclinatiōibus
reuerētiā exhibere. Cimiteria v̄o abſq̄ orō
ne ꝓ defunctꝭ nullaten᷒ ptrāſire. Diſcreti
onis ē. agēda q̄ꝫ ꝓuia deliberatōe metiri. ⁊ nō
agēda cauere. qꝛ q̄ de futuro nihil ꝑmedita
tur. in oīa incaut᷒ incidit. Moderād᷒ eſt
ꝑ ſeniorꝭ ꝯſiliū labor itineris. ne ſpm̄ deuo/
tiōis extinguat Audiēda eſt miſſa. ſancte/
ꝙ exhortatōis ꝓ ꝑplo ſi affuerit ſmo fiēd᷒. ⁊
añ oīa ſp̄ in ꝓmis diuini pēſum officij deuo/
te ſoluēdū. ne frēs ſe magꝭ curſores ꝙ religi
oſos exhibeāt. ⁊ ꝯ religionis ꝓpoſituꝫ de ac/
ceſſorio ꝓncipale facere cōuincanť. In ſo
lēniorib; feſtis eſt ab itineratiōe ceſſandum
Cauēda ē ꝑ vias dormitio tāꝙ ꝑiculoſa
⁊ indecēs. nec ē tarde vł apud infames ho/
ſpitādū ꝑſonas. Diſciplinā v̄boꝝ debent
attēdere tā in materia ꝙ i ſono. Si occur
rerint hoīes debēt eos hūiliť ſalutare. Se
nioꝝ erit coitinerātib; ⁊ his cū q̄b; aliqn̄ lo
qui ꝯtigerit. aliq̄d ad edificatōꝫ vł ꝯſolatōꝫ
ꝓponere. peccātes in coꝝ pn̄tia. nō rigide ſꝫ
cū modeſtia ⁊ hūilitate corripe. ⁊ ad bonū ꝑ
rōnes ⁊ dulcē allocutōꝫ inducere. ⁊ q̄dāmo
do oī creature ſcīm euāgeliū ꝑdicare. San
ctus philipp᷒ eunuchū in itinere baptizauit
Beat᷒ martin᷒ latronē ſecū itinerātē cōuer/
tit. Si v̄o nō affuerint de deo v̄ba fratꝝ cō
uenit eſſe. Ipe nāq̄ itinerātib; ⁊ loquētib; d̄
ſe diſcipulis. itineratōis fact᷒ eſt comes. Tē
exēpla patꝝ vł alia q̄uis bona. q̄ vł accēdāt
affectū. vł ſaltē inſtruāt intellectū. ſūt ad la/
boris alleuiatiōꝫ narrāda. Turpiſſimuꝫ eſt
neſcire tp̄s niſi friuolis ⁊ fabuloſis narrati/
onib; detinere ve tacētib; de te dn̄e. qn̄ loq̄
ces muti ſūt. Solent frēs letanias. pſal/
mos penitētiales. cāticū ꝗduū. ⁊ ſilia. aut ſi/
mul. aut q̄libet ſinglͬr freq̄ntare. ⁊ maxīe an̄
tertiā. aut certe i ſanctꝭ meditatōib; occupa
ri. Deniq̄ ꝙtiēs mutue collatōis iteruen
iunt v̄ba. ſonū oīno decet eſſe demiſſuꝫ. Pro
inde clamoſam locutōꝫ q̄ nūꝙ decet religio
ſam ꝑſonā penit᷒ vitēt. maxīe inť frutecta ⁊
nemora exiſtētes Siquidē iuxta vulgare
ꝓuerbiū. Nem᷒ aures. ⁊ cāp᷒ ſeu planicies
oculos hr̄e dicūť Ab oīb; ꝗ̄ q̄ corā ſecula
rib; dicere nolūt. i locis dumoſis ⁊ nemoro
ſis oīno abſtineāt. niſi forte aliq̄d q̄i ſub ſilē
tio ⁊ latinis v̄bis dicere velint. Miſerabiles
ꝯfuſiones q̄buſdā min᷒ cautꝭ ꝑlr̄es ex h̄ ac/
cidiſſe ferūť. Nō cātēt in itinere i cātu ma/
xime ſeculariū cātionū aliq̄. licet bona. cum



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

laſci nõ intelligãt niſi ſonũ. Et pter hec religioſum nõ decet in cãtu extraordinarie vocẽ efferre. Si q̃ forte diſſolutõẽs aut clamoſas diſputatões. ꝟboꝝ altercatiões. vel alia q̃ offenſiõis materiã extraneis dare poſſũt. vitare int̃ homies negligãt. nequaq̃ȝ eos timoratos dixeri. aut zelũ religionis habere Qui religionis ſue ſcãdalo nõ occurrit. honori ꝓprio detrahit ⁊ ſaluti. Qui fidelis religionis eſt fili⁹. neq̃ȝ ei⁹ ſcãdalũ ꝓuiduc.

¶ De mõ ꝯuerſandi i eccl'ijs ſeculariũ.

Capitulũ XXIX

PEruenietes ad religioſoꝝ vl' ſecl'arium loca. cũ ad eccl'iaȝ ſi i loco fuerit veniũt. in igreſſu eccl'ie. illũ ſecũ ꝟſiculũ memorãtes. Introibo in domũ tuam adorabo ad tẽplũ ſctm̃ tuũ in timore tuo. ⁊ nudato capite ſignũ crucis ſup ſe cũ reuerẽtia faciẽtes. añ altare vl' in alio loco orõni cõgruo ad quẽ declinauerit ſenior. ꝓſternere ſe humilit̃ debẽt. Ubi q̃ȝtũ de⁹ dederit deuote orãtes. piter ab orõe ſurgẽtes. ꝓcedere poterunt ad ea q̃ neceſſe habuerint iuxta ꝓpoſitũ exequẽda Eccl'iam nãq̃ȝ ſic euãgelici ⁊ eccleſiaſtici viri. ſp ꝓ̃us ſi cõmode poſſum⁹ viſitare debem⁹. ſctõꝝ pr̃m q̃ nos in ordine p̃ceſſerũt. imo ipi⁹ ſaluatoꝛ ex̃ẽplo. quẽ beat⁹ euãgeliſta Matthe⁹ hierl'm ciuitatẽ ingreſſum. refert tẽplũ dñi adijſſe. Sup quẽ locũ dicit expoſitoꝛ q ingreſſus vrbẽ ꝓmo tẽplũ adijt. dãs formã religioſis. vt q̃q̃ im⁹ ꝓmuȝ domũ orõis ſi ibi eſt adeam⁹ Miſſaꝝ em̃ ſolẽnijs vl' alias diuio officio cũ extraneis aſſiſtẽtes gerãt ſe humilit̃ ⁊ honeſte Nõ ſtẽt in ſedib⁹ ſuis velut magnates. aut q̃ſi layci laſſi de officio nõ curãtes. ſȝ ad libꝝ ſi neceſſe fuerit ⁊ honeſte poterũt accedere. officiãtes cũ maturitate tñ ac modeſtia tã in voce q̃ȝ in geſtib⁹ obſeruata humilit̃ iuuẽt. Et ſi ꝓpter euitandũ diſcurſũ. ad libꝝ nõ duxerint accedendũ. nihilomin⁹ tñ cõia q̃ nouerint. poterũt cũ alijs honeſte ſine nimia vocis exaltatiõe cãtare. Ad cantãdũ aũt aliq̃d ſequeſtratũ. ſic eſt all'a. rñſoꝛiũ. vl' aliud q̃dlibet. nequaq̃ȝ cũ ſecularib⁹ ſe ꝯbinẽt. ſi vitare poterũt bono mõ. Tũc etiã nõ ſolũ in p̄dictis. veꝝ etiã in honeſto ſe hñdi mõ. q̃ȝtuȝ ad diſciplinã aſpiciẽdi. loquẽdi. habit⁹ ⁊ vniformitat̃ʒ. honeſtat̃ʒ q̃ȝ cuſtodia eſt habẽda.

Rep̄henſibile ẽ ibi vag̃ʒ circũſpicere ocul' aut collocutiõib⁹. dũ miſſe officiũ celebrat̃ itendere. qð tũc etiã ſecularib⁹ cleric̃ʒ ius canonicũ interdic̃. aut ꝑ aliquã rẽ habit⁹ ſecularitatẽ p̃tẽdere. vñ ibi nõ decet capuciũ int̃ hoïes extrahi niſi ad euãgeliũ. vel ad alia ꝓ q̃b⁹ ex approbata ꝯſuetudie cõit̃ fieri ꝯſueuit

Deniq̃ȝ ꝓpter vniformitatẽ dũ interſunt officio. ſolliciti ſint circa duo. Unũ eſt ne diuerſitate ſua in his q̃ ab honeſtate nõ diſcrepãt. alios ſcãdaliſent. vt videlicet ad magnificat in veſꝑis. ad q̃cũq̃ȝ vult in ꝓma. vel ad alia hmõi. ceter̃ʒ cũ reuerẽtia ſtãtib⁹ ipi non ſedeãt. licȝ illð officiũ tũc ipi nõ dicãt. Alið ẽ vt in ſtãdo. ſedẽdo. ⁊ ſe ꝓſternẽdo ſint inuicẽ vniformes vt parit̃ ſtẽt. ſedeãt ⁊ ſe ꝓſternãt.

Qui coꝛ vnũ ⁊ aiam vnã debẽt hr̃e. Difformes exteri⁹ nõ debẽt eſſe Uniformitaſ moꝝ. vniformitatẽ iuuat ⁊ indicat animoꝝ.

Senioꝛ̃ʒ ꝯſuetudini debet ſe ſoci⁹ hũilit̃ ꝯformare. Religioſoꝝ morẽ cũ eis officiantes ſuam⁹. cũ alijs inclinationũ rit⁹ ignaris feſtiuo tp̃e ad om̃s collectaſ vultu ad altare ꝟſo cũ reuerẽtia ſtãtes ad hr̃e ꝟginis ⁊ ſanctoꝝ dũtaxat. q̃ ſpẽali ex more veneratõe colunt̃ noĩa inclinam⁹. in feria ꝟo ſimus ad om̃s orões ꝓſtrati. ad p̄fatiõeȝ ſp ⁊ qñ dicit̃ agn⁹ dei. moꝛ̃ʒ eſt ſtare. veꝝ tñ ſi qñ apud extraneos duxerint celebrãdũ. modũ ordinis ſui in celebrãdo vniformitat̃ʒ occaſiõe nõ varient. nec ipm dimittãt. niſi alit̃ facere cogat neceſſitas. Ne velut inſtabiles ⁊ modũ ꝓpꝛium nõ hñtes cũ varijs eccl'iaꝝ ꝯſuetudib⁹ temerarie varient̃. Pñt tñ in bñdictõib⁹ poſt miſſam iuxta morẽ pr̃ie faciẽdis. ⁊ in omib⁹ hmõi q̃ mõ nõ p̄iudicãt regulari. eccl'iaꝝ i q̃bus fuerint ꝯſuetudies ob̃ſuare.

¶ De diſciplina in hoſpitio ſeruãda

Capitulũ XXX

IN hoſpitij domo cũ fuerint ſtudeãt ſe in omib⁹ gerere humilit̃ ac prudẽter circa cuſtodiã diſcipline. hũilitatẽ erga ꝑſonas in ꝯuerſatiõe oñdãt. ꝑſonis maioꝛib⁹ hũilit̃ deferãt. ꝑſonis hũilioꝛib⁹ et paup̄ib⁹ tãq̃ȝ ꝯfratrib⁹ ſuis ſocialiter ⁊ benigne loquãt̃ Cõuerſatio q̃ȝ. ſignũ aliqð ſuperbie nõ p̄tẽdat. Nũq̃ȝ ad ꝓma ſe ingerãt loca. nec tñ ad ea vocati ꝓterſus refugiãt. ſenioris tñ fr̃is quẽ p̄ponere debẽt ſp i oib⁹ honore ſuato. Qð honori vl' certe delitijs deſeruire videt̃. hũilit̃ vtiq̃ȝ declinat̃. ⁊ hõeſtã modeſtia recuſat̃ Ubi aũt ſenioꝛ̃ʒ aut ſocioꝝ accedit inſtãtia. cedere mag̃ʒ q̃ȝ diuti⁹ repugnare optet. Parẽdo poti⁹ q̃ȝ obſtinati⁹ repugnãdo ſuat̃ hũilitas. Rep̄hẽſibil'

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

difficultas vbi palã nutui obuiat ſenioris.
Lectos ſeculariũ nõ aſcendãt indifferen
ter p dië.nec familiã hoſpitij obſeqoꝝ exac/
tione moleſtẽt Decet paupes paucꝭ eẽ ꝯtẽ
tos.ipiqꝫ neceſſitatiẽ p loco ⁊ tpe detraben
dũ Nuqꝫ hoſpitũ familiaritas vl'alicuiuſ
affinitatꝭ ꝓpinqtas p̃ſumptoꝫ inducat.vt in
domo pape.curioſa q̃rere.aut de factis do/
mus.aut familie indagãdis vl'diſponẽdis
ſeitep itromittere velint q̃ ꝓprie rei familia/
ris curã vt dõ ſeruirẽt liberiꝰ abiecerunt.
Prudẽtiã q̃dẽ neceſſariã hñt vt ſint i ſui
cuſtodia circũſpecti. Vñ aplꝰus. In ſapia in
quit ãbulare ad eos q̃ foris ſũt. Et dñs. Ca
uete ait ab hoib. Caute g̃ in diſcipline cẽſu
ra.nõ ſolũ in publico veꝝ etiã in puato ſe ba
beãt Nullũ ait q̃dã putauerꝭ locũ ſine te/
ſte. Narrabat q̃dã frat' ſe in q̃buſdã ſecl'a
riũ domib occultas dep̃hendiſſe feneſtras
p q̃s ea q̃ in domib ill' exiſtẽtes agebãt.ipiſ
nõ ꝑcipiẽtib poterãt apte videri. In eſta
te meridiano tpe dormitõnis iacẽtes.aliqd
ſi pñt ſup habitũ opimentũ ſaltẽ vſqꝫ ad cin
gulũ habeant.ne qñ dormiũt eos indecent
q̃dẽ int' hoies diſcoopiri ꝯtingat Erube/
ſcẽdo nimis q̃buſdã ex h̃ accidiſſe feruntur
Habẽda vbiqꝫ prudẽtie circumſpectio ⁊
cautela circa pſonas. loca. negocia. ⁊ res ſi
q̃s habuerint reponẽdas. Circa pſonas
vt ſe nimis hoib nõ ꝯmittãt q̃ꝫtũcũqꝫ fami
liares fuerint aut ꝓpinqui Attẽdãt ſibi in
oib q̃ dicũt aut faciũt Spũalis ille q̃ oĩa
dĩudicat.⁊ ipſe a nemie iudicat'.oĩe opꝰ ſu/
um trina q̃dã ꝯſideratõe pueniet. Primũ q̃
dẽ an qd poſſũ liceat.deinde an deceat. po/
ſtremo an expediat. In oib ſemetipos ſi
cut dei miſtros exhibeãt. Sint i aſpectu
geſtu ⁊ oĩ actiõe ſua ſerij.religioſi.⁊ modeſti.
ſic decet ſctõs. Verũtñ modꝰ q̃dã eſt reli/
gionis.ſupſticioſum eẽ nimis non oportet
Habit ꝯgruũ int' homies modũ diſcretõ
pſonaꝝ. Statꝰ ⁊ q̃litas hoim.differẽtijs
differẽtiã exigit ꝯſuãdi Habet ſe prudẽs
cũ differẽtib differẽt.cũ oib tñ caute Erit
ſimplex nõ ſtolidꝰ.humil' nõ deiectꝰ.mãſue/
tus nõ blãdꝰ.hilarꝭ nõ laſciuꝰ. affabilis nõ
vaniloquꝰ aut ſcurril'.q̃nimo intereſt ſapiẽ/
tis ſic ſi res exigat a rigore iterdũ remitti.vt
modũ tñ modeſtie nec i ipa remiſſiõe dimit
tat Pot' g̃uitatꝭ cẽſura remitti p tpe.nõ di
mitti. Imputãda tñ remiſſio vbi nulla decẽ
tie vl'vtilitatꝭ intẽtio Prudẽs dñi fuꝰ vti

litatis fructũ ex ſua nouit remiſſiõe afferre.
Ad h̃ qm̃ attẽdẽda eſt honeſtꝭ ꝯgrua pſo
naꝝ honeſtas.honeſtiorib ſp adhereant.
Mulieꝝ tã ꝓpinq̃ꝝ q̃ꝫ aliaꝝ caute ꝓut po
terũt ſocietatẽ declinẽt. eaꝝqꝫ familiare ni/
mis obſequiũ.⁊ tactũ oĩno refugiãt Nul/
la rõe ſuſtineãt q pedes ſibi a muliere lauẽt'
Nudã aũt mulierꝭ manũ tãgere ad eiꝰ ca/
put vl' corpꝰ vbilibꝫ abſqꝫ neceſſaria euidẽt
cã manũ extẽdere.ab oĩ ꝓrſus religiõis ho/
neſtate quis dubitat alienũ Quãdo reli/
gioſus cũ muliere ſedet aut loq̃t'.manꝰ ſuas
occultare ⁊ a ſe retrahere dꝫ.q̃s etiã q̃ñcũqꝫ
cũ pſonis extraneis loq̃t'.ſil' iũctas ⁊ velut i
uicẽ colligatas l' alias religioſe decꝫ haberi
Locutio diſciplinã req̃rit Nũqꝫ mulie
rem q̃ꝫtũcũqꝫ ſibi affinitate ꝯiũctã.ſiue ſoro
rem ſiue neptẽ.q̃ꝫtũcũqꝫ pueriles Nunqꝫ
etiã facile m̃rem ꝓpriã oſculent'. Fugiant
oĩno feminea oſcula milites xpi. cũ oſculuꝫ
etiã viris offerri nõ deceat.niſi forte vbi ꝓp
prio p̃re vel alijs honeſtis pſonis.moris ex
actu ſine ſcãdalo vitari nõ poteſt Religio
nis pſonã religionis honeſtas.os indifferẽ
ter oſculis cõicare nõ patit'. Deniqꝫ ꝑiclo
ſie mulieꝝ habet' ſocietas. Igit' vt docꝫ q̃
dam ſanctꝰ.vbiqꝫ geſtãda eſt cũ mulieribuſ
nõ ꝯtinuãda pñtia.ſꝫ q̃ſi trãſeunt' femis ex
hibẽda eſt acceſſio qdãmmõ fugitiua Tu
tiꝰ ẽ ñ poſſe perire q̃ꝫ iuxta piculũ nõ periſſe
Illũ aũt nec caſtũ dixerim nec honeſtuꝫ.
q̃ mulierẽ aut tãgere aut tactũ eiꝰ admittere
nõ abhorret. Quõ tãgere licet qd intueri ñ
licet. Ad cuſtodiẽdã cordis mũdiciã.exte
rioꝝ q̃ꝫ ſenſuũ diſciplina ẽ ſeruãda. Loca
q̃ piculi vl' ſuſpitõis materiã dare pñt caute
declinẽt nec ſoli cũ muliere in locꝭ hmõi vel
ad horã morent' Dña q̃dã vt fert' dũ duo
frẽs ad eiꝰ domũ diuertiſſent.alteꝝ ſeorſuꝫ
vocauit in camerã.q̃ſi ſecreto ſibi aliq̃d locu
tura. Que ingreſſum mox ad turpitudinẽ p
uocãs.aſſeruit firmit' ſe ꝯtinuo ꝯ ipm quaſi
ei violentiã inferentẽ niſi ſtatim ſibi acq̃eſce
ret clamaturã. Tũc doctꝰ a dño frat' anteq̃ꝫ
mulier i vocẽ clamorꝭ ꝓrũpet.ad frẽm ꝯſoci
um q̃ cũ pluribꝰ pſonis i atrio domꝰ erat al
ta voce clamauit.libꝝ ſibi ꝯtinuo afferri re/
quirẽs.ſicqꝫ aduenientẽ frẽ neceſſe hũit mu/
lier ab hmõi nepharia ſollicitatiõe ceſſare.⁊
frat' hoim ꝯfuſionẽ euaſit Nõnulli ob cau
ſam ſilẽm ꝯfuſi turpit' ⁊ ꝑberati g̃uit' fuiſſe
dicũt', Qui aũt cauet laqos, ſecurus erit.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Qui aũt nõ cauet. eſt aut ſtultiſſim⁹ aut per
uerſus. nec eſt ei⁹ excuſatio admittẽda De
nocte ſi ꝑ domos hoſpitij ad neceſſaria exe
ãt. ſimul ſiquidẽ ⁊ cũ lumĩe vt filij lucꝫ eant
Ceteꝝ d mũdanis ſeculariũ negocijs ex
pediẽdis. religioſus temerarie ſe nõ debet ĩ
tromittere. Si de aĩe negocio agit̃ apponẽ/
dũ eſt quidẽ ꝯſiliũ ab his q̃ habẽt officium ⁊
peritiã ꝯſulẽdi. alias nõ eſt militãtis deo. ſe
iteꝝ occaſione ꝓpinquoꝝ vel amicoꝝ. ſecula
rib⁹ ĩplicare negocijs. q̃ mũdo moriẽs abdi
cauit. Impi⁹ eſt q̃ aĩe ſue ꝓ parẽtib⁹ ſuis ẽ
crudel̃. Sʒ nec ſeculariũ lr̃e ad portandũ l̃
ꝓſentandũ alicui recipi debẽt. niſi de ipſarũ
tenore op⁹ forſitan aliqđ pietatis habẽte cõ
ſtiterit. Nec religioſis verꝫ expedit q̃ vbo
rum etiã ſine lr̃is ꝑ negocijs hmõi baiuli fi
ant vl̃ internũcij ſʒ ſi ſup talib⁹ requirant̃. h
ꝑ alios q̃s deceat fieri replicẽt. Circa reꝝ
cuſtodiã ſiue libros ſiue alia ſecũ detulerint
nequaq̃ʒ negligẽtes exiſtãt. ſʒ oĩa. libros p̃ci
pue anteq̃ʒ eos deponãt de manib⁹ vel de ſi
nu. certe fideliq̃ʒ pſone cõmendẽt. que a ſui/
bus ⁊ a canib⁹ q̃ libros vt expiẽtia docuit d
ſtruũt. ⁊ coopture corio ñ obſtãte corrodũt
cuſtodiat diligẽter. Ipeq̃ʒ pſone quib⁹ res
hmõi cõmittũt̃ ſunt ſup his inſtruẽde No/
ctib⁹ tñ ꝯſultu ꝓpter picula in loco certo pro
pinq̃ʒ habeant̃. Quidã quos recõmẽdaue
rat libros. repẽtino ſupueniẽte incẽdio per/
didit.

## De diſciplina vboꝝ inter ſeculares. Capitulũ XXXI

Diſciplina in vbo eſt iunioꝛib⁹ et no/
uis p̃cipue int̃ extraneos obſeruan
da vt tarde caute ac demiſſa voce lo
quãt̃. Tarde vt vſq̃ʒ ad ĩterrogatiõʒ tace/
ant. interrogati rñſionẽ ſeniori relinquant.
Niſi forte in ſpẽali ſup leuib⁹. maxie ad ꝓpri
am neceſſitatẽ ſpectãtib⁹ vt de cibo et potu
⁊ ꝯſimilib⁹ reqrant̃. De talib⁹ põt quiſq̃ ꝓ
ſe nõ tñ ꝓ ſocio ſine aſſenſu ipi⁹ rñdere Cõ
munẽ reqrit aſſenſum rñſio q̃ de cõi neceſſi/
tate ꝓfert̃ Caute. vt cũ p̃meditatõe loqn
tur. vt p̃mo bis ad limã q̃ʒ ſemel ad linguaʒ
veniat ſermo. maxie ſi ſeniore forte occupa/
to. de ordine. de pſonis abſentib⁹. de rumo/
rib⁹ vel notabilib⁹ alijs reqrant̃. De factꝫ or
dinis vt de mõ ieiunãdi. de ſilẽtio vl̃ d alijs
reqſiti. ſe nouos in ordine dicãt. ſeniorẽ req/
rendũ p̃tendãt. Ne forte dũ ſapiẽter ⁊ bñ re
ſpõdere ſe putãt. ſtultũ aliqđ ⁊ qđ oĩno dici
nõ oporteat dicãt Secreta ordĩs q̃ſtum
cũq̃ʒ religioſo vl̃ familiari nõ reuelẽt. nec ſta
tutũ aliqđ publicẽt niſi qđ forte cõmode ce/
lari nõ põt. Id ipm aũt nõ ſtatutũ nõ prece/
ptũ. ſʒ tm̃ ordĩs intra domũ ꝯſuetudinẽ vo
cent. vt ꝑ eoꝝ rñſum tẽrõnis debitũ exclu/
dat̃ etiã extra domũ. ne ſeculares ſi qñ ꝯtra
riũ videãt reputẽt fratres ſui ordinis tranſ
greſſores. cũ tñ multa poſſint licite ex ordi/
nis vel ſupioꝝ diſpẽſatione mutari Ordi
nẽ noſtrũ nunq̃ʒ ad pticularia deſcẽdẽdo. ſʒ
ſi neceſſe fuerit ĩ generali ſolũ abſq̃ʒ alioꝝ or
dinũ collatiõe vl̃ obtrectatiõe cõmendent.
Peſſim⁹ laudãdi mod⁹ ſeipm cũ alioꝝ in
iuria p̃dicare. Peſſima vicij corruptela d
tractio. q̃ aĩam maculat. deũ offendit. proxi
mũ ſcãdaliſat Et q꞉ vt ſcriptũ eſt. ſmo ob
ſcur⁹ in vacuũ nõ ibit. ⁊ tumult⁹ murmura/
tionum nõ abſcõdet̃. his corã quib⁹ detrahi
tur ſcãdalũ excitat̃. Cõſtat aũt vt ſanctuſ
loquit̃ vbi vitas ĩ cauſa neceſſaria ñ eſt. nec
licite ſcãdalũ a quolibʒ poſſe cõmitti. nec iu
ſte p̃cipi. nec ĩnoxie cõſentire. Si de pſo/
nis abſentib⁹ p̃ſerti religioſis ſiniſtre aliqđ
ſuggerat̃. ſpꝑ abſẽtiũ pte loqntes. nullo mõ
ad fauẽdũ detractorib⁹ incline͂t. Accidit ali
qñ quoſdã magꝫ ad tẽptandũ q̃ʒ ex aĩo d
his oblo͂q. Narrabat vt fert̃ ſenior q̃daʒ
fide digniſſim⁹ ad ſe qñq̃ʒ ſecularẽ veniſſe. q̃
aduerſus q̃ſdã religioſos plurimũ inuehi vi
debat̃. Cui frat̃ viriliter ſe opponẽs. cũ q̃ti/
ens aduenit eadẽ ſp ꝯſtãtia repulit. ⁊ icuſa/
tos ꝓ viribuſ excuſauit. Mirat⁹ oblocutoꝛ
beniuolã ſenioꝛis ꝯſtantiã. aperuit tandẽ ſe
id ad ꝓbandũ d mutua illoꝝ ordinũ chari/
tate feciſſe. adijciẽs ſe de ordine ſenioꝛꝫ iſti⁹
q̃ ꝑ alijs aduocabat. cũ q̃dã incuſati p̃us or
dinis frẽ ob cãm ꝯſilẽm oblocutũ fuiſſe. fra
trẽ aũt illũ oblocutiõis vba in p̃mis aliqñ/
tulũ. deinde vo remiſſi⁹ refellentẽ. tandẽ ob
loquẽti ceſſiſſe. ſup q̃ idẽ ſecularꝫ nõ modi/
cũ offenſus. apđ illos ñ eſſe charitatꝫ vitatẽ
aſſeruit. q̃ ad ĩuicẽ detractiõʒ admittere nõ
curaſſent. deniq̃ʒ religioſus ñ eſt. q̃ detracti
onib⁹ paſcit aut paſcit̃ alienis. Caueãt et
ne ſint rumoꝝ licet bonoꝝ ⁊ veriſimiliũ de/
latores Religioſos viros paſſim rumige
rulos eſſe nõ decet Falſitas q̃ frequẽtiſſi/
me rumoꝛib⁹ ĩeſt. vl̃ q̃ ꝑ ſecũdarios rlatoreſ
apponit̃. p̃mis eaꝝ auctoꝛib⁹ ĩputat̃. Dincẽ
illđ. Rumores fuge ne ĩcipias nou⁹ auctoꝛ
hri. Sint ĩ locutiõe honeſti ⁊ ſerij. nec ſe

in ſecularibꝫ ⁊ ad riſum mouētibꝫ verbis ſe
culares oſtēdāt. Seruū dei de deo loq̄ de
cet vt fiat qđ ſcriptū eſt. Si q̄s loquit̄ qua/
ſi ſmones dei. alioq̄n vba vana. mētis ape/
riūt vanitatē. Ex abūdantia cordis os lo
quit̄. Circa vocꝫ ſonū in locutiōe attēdāt
vt (put tactū eſt alibi) ſit demiſſus pariter ⁊
ſuauis. Viciosiſſimꝰ plane religioſo loq̄n
di modꝰ ſi notabilit̄ ſuā in loquela cōmuni
vocē exaltet. Sufficiat ei ꝙ ꝓxime ſibi aſtā/
tes poſſint loquētis itelligere verbū. Sa
piētis eſt loq̄ ſuauiter ⁊ demiſſe. Nox aūt
amplioꝛ vocis depreſſionē req̄rit. Nox ē tē
pus ſilētij ⁊ q̄etis. In nocte maxime poſt cō
pletoriū in alta vt ꝑus vba erūpere ſilētij ḡ/
uitate neglecta. ſecularium eſt religionis ñ cu
rantiū honeſtatē. Proinde honeſti frēs vbi
cūqꝫ fuerint religioſe ſꝑ in q̄bꝫ poterint ac ſi
eſſent in fratꝝ collegio cū ſilētij ſui obſerua
tione ꝑmanebūt.

¶ De diſciplina comedēdi inter ſeculares
Capitulum XXXII

PRecipue decet vt cū extraneis come
dētes honeſte ſe habeāt. vt nec in ci
bo nec i modo comedendi vl' mora.
aut in alijs q̄ diſcōueniūt ſuꝑ mēſam. vt ē v
boꝝ m'tiplicatio aut exterioꝛ corpis vl' ha/
bitus diſpoſitio ihoneſta poſſint de irregu/
laritate notari. Circa cibū attēdāt ꝙ ꝓꝑe
quātitatē vl' qualitatē de gule vicio iudicari
nō poſſint. De pmo ſapiēs ait. Utere q̄ſi
hō frugi his q̄ tibi apponūt̄. ne dū m'tū mā
ducas odio habearꝫ. Vn̄ inter ſeculares ñ
expedit appoſitā ſꝑ portionē totā comedere
aut penitꝰ euacuare ſcutellā. ne forte id ma/
gis hoīes voracitati q̄ꝫ neceſſitati attribuāt.
Int̄ cetera ē habēda ſꝑ tpantia circa po/
tū. Turpiſſimū eſt ſi de nimia potatōe notē
tur. Religiōis quis inſignia pferēs. meribo
li nomē ignominioſe ſortit̄. hoc viciū hoīeꝫ
corā deo ⁊ hoībꝫ vilē reddit. Ad notā hu
ius vicij fugiendā cauere debēt ne poſt refe
ctionē. etiā ſi vinū ſepiꝰ offerat̄ frequēter bi/
bāt. aut poſtq̄ꝫ in cōi potatū eſt. ſeorſuꝫ ſine
vigēte neceſſitate potū in puato req̄rāt. nec
oino ꝙ potꝰ vbi dormit̄ remaneat patiātur
poſt cenā nō ſunt ad vba ⁊ pocula vigilie ꝓ/
trahēde. Vigilare ad ignē ſitim ꝓuocat ⁊
bibitare cōpellit. grauat corpꝰ. exhaurit ſpi
ritū. tps in vbis pene impceptibili ſubdu/
ctiōe ɔſumit. tēpeſtiue ad orōem ſurgere. of
ficij debitū deuote vt expedit ſoluere nō per
mittit. Et q̄ ſero ſobrietatꝫ nō obſuat ſniaꝫ
mane frequēter ſuſpēdit̄ a diuinis. Aſta
tū eſt hoſti hoīes ad prunas ſeducere. Ad
prunas dñz ſpreuit rex ioachim. negauit pe
trus. ⁊ ne nob̄ ō nocturna pdicatiōe ad pru
nas ꝓpter fructū vl' interrogatiōes hominū
blādiamur. Ad prunas ioachim q̄dē audit
ſmones dñi ſꝫ cōtemnit. Ad prunas petrꝰ
de xpo interrogatꝰ offendit. O q̄tiēs eſt ſe/
rotinis neceſſaria vbis correptio matutina
mane pdicāt docti. ſero ɔcionāt̄ indocti. Et
in his oībꝫ honeſtiꝰ alibi q̄ꝫ ad ignē ⁊ pocu/
la pdicat̄. Si hoīm inſtet deuotio ꝓ exem/
plis. ſenioꝝ itererit puiderent vt narratōe vna
paucis vel alijs ſi expediat vbis inſtātie ſatiſ
fiat. Verūtñ mutat iterdū cauſa ɔſiliū. nec
lex imponit̄ vnctiōi. vitāda tñ vigilia q̄ occa
ſionē vbis aut potatiōi miniſtrat. Qui vici/
um cauere ɔſiderat vicij occaſionē p̄caueat.
Studeāt ḡ in cibo ⁊ potu ſobrietatē ſer/
uare. ſicut ſui dei ⁊ religioſe viuētes. Sic
omnes cupiditates carnis abſtinētia reſe/
cant̄. ita oms vtutes edacitatis vicio ōſtru
unt̄. Immūdi ſpūs ſe ibi inijciūt vbi ampli
us vidēt cibū ⁊ potū. Circa ſecūdū multū
attēdere ſibi debēt ne videlicet cibos appe/
tāt delicatos. Qui vinum ⁊ pinguia diligit.
nūq̄ꝫ in vtutū poſſeſſiōe ditabit̄. Hoꝝ q̄deꝫ
ꝑmittit̄ vſus. abuſus ⁊ ɔcupiſcētia ꝓhibet̄.
Semꝑ itaqꝫ placeat eis lautioribꝫ ꝑcere
cibis. De groſſioribꝫ cibis ⁊ facili vel valde
tēperato potu. neceſſitati vtcūqꝫ ſatiſfieri pt.
q̄q̄ꝫ ⁊ ipa neceſſitas int̄ hoīes ſit artanda.
Qui de religiōe cēſet̄. modeſtiā dꝫ religi/
onis hr̄e. vt ſit i tpantia ſpecl'm alioꝝ. Spe
ctaculū facti ſumꝰ mūdo ⁊ angel' ⁊ hoībus.
Felix abſtinētia q̄ palato iperat delicato.
Decet vas celeſti gr̄e mācipatū a ſeculi il
lecebris abſtinere. Nō erubeſcāt aquā ꝓ
vino petere ſi habuerint tpando. q̄n potiuſ
erubeſcere debēt ſi vinū biberint nimis for
te. Aquā req̄rere ⁊ minꝰ limphato vino vl'
modicū ſꝑ ꝓ bibēdꝫ neceſſitate apponere. do
placꝫ. primū edificat. religioſū honeſtat. aīe
ſil' ⁊ corpi eſt ſalubre. Vex q̄ꝫ turpe ſit pau
peribꝫ hoībꝫ cibaria q̄rere lautioꝛa ⁊ appoſi/
tis nō eſſe ɔtētos. ō mō pparādi cibū diſpo
nere. aut quō pparet̄ req̄rere. potū vel cibuꝫ
aliquē in ſpāli laudare vt de eiſdē amplius
apponat̄. aut ſuas int̄ extraneos medicinaſ
oñdere quis ſane mētis ignorat. Modꝰ
q̄ꝫ honeſtꝰ ē in comedēdo habēdꝰ vt nō ar/



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

dent aut cũ nimia feſtinatiõe comedat. vel
alias indecent. Morã in mẽſa facere reli
gioſum nõ eſt. Caueãt ne alijs a comeſti/
one ceſſantibꝫ. ipi comedẽdo vl' loquẽdo mẽ
ſam detineãt. cũ nõ ſit hominũ ſed magis pe/
cudũ ſup mẽſam ruminãdo diutius immora/
ri. Poſſunt tamẽ q̃ neceſſe habẽt caute cum
modeſtia ſibi in pncipio mẽſe alijs cõmuni
ter comedẽtibꝫ puidere. Ad hoc vbiqꝫ vt
ait ſanctus frenãda eſt lingua pceps. maxime
ĩ cõuiuio. ne ſcꝫ ad loquendũ ſupflue vel in
diſcrete relaxet. Taciturnitas ait Hugo i/
ter epulas idcirco neceſſaria eſt. quoniã lin
gua que omni tpe ad peccatũ pna labitur. peri/
culoſius tamẽ cũ p crapulã inflãmata fue/
rit. ad loquendũ relaxat. Diſcretiõem ĩ ver/
bis eadẽ ibi rõ pſuadet Sup mẽſam aũt
cũ ſocio loq̃ aut corã illiteratis latinis ibid
vel alibi verbis vti. dñm quoqꝫ domus vl' ali
os quoſcũqꝫ ad comedendũ vel bibẽdũ fre
quentius inuitare nõ decet Subit aĩo q
quedã matrona cuidã eã frequẽter inuitan
ti. dixiſſe fert. Fuiſti inq̃t aſinarius ruralium
⁊ imperitoꝝ q̃ ſepe aſinos puocare nouiſſẽt
eſſe, primꝫ innuẽs his q̃ inuitatiões pſonis
diſcretionẽ habẽtibꝫ inculcare ſolẽt Opor
tet etiã diſciplinã in corpis ⁊ habitus diſpoſi/
tione ſeruare. vt comedẽtes ſe nõ appodient
ſup mẽſam vel accubitãdo vel alio quocũqꝫ
mõ iordinato ſe gerãt. Dũ comedũt caput
in capucio nulla ratiõe pfundent. ſed aper/
ta comedãt facie Ceterũ religioſos ⁊ pau
peres de mẽſa aliena viuẽtes. de portione ſi
bi appoſita encenia familie faciẽdo. patriſfa/
milias in domo gerere vices. canes vel mu
rilegos de mẽſa paſcere benedicta. a q̃ non/
nulli etiã abſtinẽt ſeculares. nõ congruit
Pricipalis hucuſqꝫ inciſio nil his note ipin
gens q̃ ſub inſtitutionibꝫ alijs militant. aut
p diuerſis locis ⁊ diuerſitate cauſarũ diuer
ſa ordinãt inſtituta. Honeſta quidẽ ſan
cta omnis traditio que p prudentiã ſeniorꝫ
in timore dei cõmuniter tradit. cõmuniter
obſeruatur. pfecto ex cõmuni ſurgit inſtitu/
tione religio. honeſtas ex ordinatione cau/
ſatur Omne ordinatũ decorũ eſſe neceſſe
eſt.

Explicit prima pars principalis.

Incipit ſecũda pars que eſt de genera li exhortatione.

Principali huius
opuſculi pticula expedita. ſecũ
daria hec pauca epilogat ⁊ ſup
plet q̃dã vt q̃lit noui xpi diſci/
puli ad deũ. ad ſe. ad pxim. ⁊ ad res etiã q̃s
aliq̃n ſuare vl' tractare ptingit ſe habeãt. q̃bꝫ
differẽtiaꝝ iudicijs & ſua pũerſiõe diſcernãt
q̃lit deniqꝫ ipi ad pfeſſiõꝫ recepti ſe gerere d
beãt vl' breuit in aliq̃bꝫ inſtruãt.

De ordinatiõe reſpectu dei.

Capitulum I

Ante oĩa cor ſuũ p purã pfeſſiõꝫ mũ/
datũ dignũ dõ hitaculũ pparẽt. illd
excolãt. illud exornẽt. nihil ibi ſordi
dũ vl' obſcuꝝ. nihil ibi vel ad horã reſidere.
qd dilecti ſui oclos offendere valeat patiãt
Tẽptatiões ⁊ cogitatões malas hũilit' pu
re pfiteri nõ differãt. veret hoſtis pciliũ ſuũ i
gerere nõ zelãti, puidẽdũ eſt eis vt q̃ iã ſunt
ſupni regis milites annotati. ſecũ omino fir
ment ⁊ ſtatuãt ſe vſqꝫ in finẽ ei fideliter fui/
turos. nec vllis ab eo tẽptationibꝫ tribula/
tionibꝫ ⁊ anguſtijs deinceps receſſuros. Iu
raui ait pphera ⁊ ſtatui cuſtodire iudicia iu/
ſticie tue. Religionẽ ſanctã ad quã eos dñs
ſua miſeratiõe vocauit. feruẽtiſſimo ac fide/
liſſimo ſtudeãt amore diligere. ⁊ ei tãqꝫ ſpe/
cioſiſſime ac deo dilectiſſime ſpõſe fide inui
olabili adherere. Quecũqꝫ ſibi ſiue pſpera
ſiue aduerſa ptigerint. deũ ſp deuote efferãt
laudibꝫ. vt ſiue ceſpitẽt. ſiue cadãt ſiue aliã
quãcũqꝫ moleſtiã ſiue leſionẽ incurrãt. ſp in
ipoꝝ ore reſonet diuina laus. ſp vl' bñdictus
deus vel aue maria. vel aliq̃d qd ad laudẽ dei
ptineat dicãt. Et hoc in pſuetudinẽ ducere
ſtudeãt Nulla vnqꝫ negligẽtia obmittendũ
Quicq̃d ſpecioſitatis vel delectabilitatis
in creaturis inuenerint. q̃cq̃d circa ſtatũ hu
mane pditiõis vl' diſpoſitõis acciderit. totũ
ſp aſſumãt in materiã laudis dei. ⁊ de omni/
bus q̃ occurrerint deuote ſtudeãt cogitare
In ipo ſuaꝝ oĩm opationũ initio dñm i/
uocare. ⁊ ſuã ad ipꝫ itẽtõꝫ dirigere aſſueſcãt
Inſtẽt oratiõi feruẽter. q̃ nouã ĩ orto dñi
plantulã fouet puehit ⁊ pfirmat Diſcãt q̃
vna ſaltẽ diei vel noctis hora tps ⁊ ociũ vẽ/
dicare. quãdo ad ſe reuerſi mẽtiſqꝫ cubiculũ
introgreſſi. orẽt in abſcõdito patrẽ ſuũꝫ qui
in corde cõtrito ⁊ humiliato vniuerſoꝝ do/
mino familiarit' aſtent. Mane aũt aſtabat
pphera dño. q2 qui mane vigilauerit ad deũ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſnueniet eū Surripiēda erit carni. ⁊ ſi for
te nō ſemꝑ. ſepe tamē ſomni reges matutini
cū illa hora xp̄s reſurrexerit. tūc eſt temp⁹ al
lidendis ad petrā puulis. mortificāde car-
ni ⁊ recreādo ſp̄ui oportunū. Tunc ſpiritu-
les auicule dulcē deo in cordis organo ex-
hibēt melodiā. Ad hec ⁊ alie tēporis et q̄e
tis oportunitates que occurrūt minime ne
gligēde ſunt. Poſt horas canonicas non
ſtatim oratoriū exeāt. ſ; in orōne aliq̄ntulu;
ſubſiſtētes qualit̄ op⁹ dei ꝑegerint cogitent
an tepide vl̄ feruēter defecꝯ ſi q̄s ibi cōmiſe
rint tūc emēdent. gr̄eq; deuotiōis ſe offerāt
infundēde. quā ſi dn̄s dederit nō repellant
Hoc aūt in om̄i orōe obſeruēt vt qd̄ orā-
tes dicūt. ex aīo ſꝑ dicāt. Nō vocib; ſ; re-
b; agit̄ apd̄ deū Porro q̄ ad orōe; ē negli
gens ſue nimi; ingratitudis ⁊ tepiditatis ē
teſtis. Fruſtra ꝑfecꝯ virtutū ſine oratōne
ſperat̄. Ad ea que ad cultū dei ꝑtinēt ma-
gno corde ⁊ ꝓmpto corꝑe accingant̄. Ad
diuinū officiū audito ſigno ſtatim om̄ibus
occupatiōib; omiſſis accelerēt. Si i lect;
fuerint ſtati; ſurgāt. nec vltimū aliquaten⁹
ſignū expectēt. Oratiōe aliqua vtilit̄ ꝑue-
nit̄ officiū Qui ſic ex ſtudio ꝑuenit. in bn̄
dictiōib; meret̄ dulcedis maioris deuotōis
⁊ gr̄e ad ipi⁹ executionē ꝑueniri. Eccleſiā
intraturi man⁹ ſi neceſſe habuerint lauent.
Ueſtes marie in die religioſe cōponāt ne
irreuerēter aut indecēter introeāt aulā dei.
In eccl'ia deo pſallētes creatorē ſuū totiſ
virib; cū reuerētia debita laudēt. Officiu;
ſuū in choro ⁊ extra nō ꝑfunctorie quidem.
aſininis vt dicit̄ labijs. ſ; deuote ſemꝑ ⁊ in-
tegre dicere ſtudeāt. nec aliā ei occupatōem
admiſceāt. Ceſſent man⁹. oculoꝝ euagatio
reprimat̄ vt mens ab exteriori cura penituſ
libera ſoli valeat deo vacare. Dies vl' ho-
ra que negligēt̄ officiata ꝑtranſierit nequa-
q̄; vlterius poterit reuocari. cū tempis ſeq̄n
tis officiū ſuā nihilomin⁹ diligentiā ⁊ deuo
tionē requirat. Nec ſibi de gratuitis oratiōi
bus blādiant̄. ſi circa neceſſarias que ꝑmo
loco habēde ſunt deſidioſi extiterint. De
niq; iuxta ſancti verbū pure ſemper ac ſtre-
nue debēt laudib; diuinis intēdere. Pu-
re quidē vt dū pſallūt nihil aliud cogitēt q̄;
qd̄ pſallūt. Strenue vero vt ſicut reuerē
ter. ita ⁊ alacriter deo aſſiſtāt. non pigri. nō
ſomnolēti. nō oſſitātes. nō parcētes vocib;
non ꝑſcindētes verba dauitica non integra

tranſiliētes. nō fractis ⁊ remiſſis vocib; mu
liebr̄e q̄ddam blanda verba de nare ſonan-
tes ſed virili vt dignū eſt ſonitu ⁊ affectu ſpi
ritus verba depromētes. Reuerentiā in
officio honeſta corꝑis diſpoſitio que mētis
deuotionē nō mediocriter ꝓmouet atteſtat̄
In choro nō ſtent in ſtallis ſuis molliter
aut quaſi fractis renib; reſoluti Quando
poſt pſalmū vel hymnū ſancte trinitati reue
rentia exhibet̄. humiliter ⁊ decenter inclinēt
Tunc em̄ tardius ſurgere. ſegniter ac certe
difformiter inclinare. vt quādo corꝑe q̄de;
demiſſo ſufficiēter. vult⁹ tamē indecent̄ eri-
gitur. oculis erratice circūlatis. imperfecte
quoq; ad memoriā trinitat; inclinatiōis ve
nerationē exoluere quaſi ſit honoris differē
tia in ꝑſonis irreuerētie arguit ⁊ teporis.
Etiā extra choꝝ ſtent ad officiū ꝑterq; ad le
ctiones ⁊ officiū mortuoꝝ. ſpecialiter tamen
lectiōib; plane dictis de dn̄a tm̄ exceptis ir
reuerētes ⁊ pigros ſe nouerint ſi debitaſ dō
laudes ſedendo vel iacēdo exoluāt. niſi ne-
ceſſitas euidēs cogat Siquādo ꝑ viam
officiū dixerint. ⁊ ſi nō vacant cōtinue dum
illud dicūt ab itineratiōe quieſcere ſaltē ad
collectā ꝑcedentiū collectiuā. quādo omino
tota eſt in deū intētio colligēda i vno ſiſtāt
loco. ⁊ ſi temp⁹ exegerit ⁊ locus ꝑmiſerit. cu;
reuerentia genuflectāt vt in oratione cōmu
ni totū officiū venerent̄. Diſpoſitio cor-
poralis honeſta deuotiōis ꝓuocat affectu;
⁊ deſignat. Nō fruſtra ſanct⁹ Martinus
oculis ac manib; in celū ſꝑ intentus oraſſe
deſcribit̄. Intrinſec; motib; geſt⁹ exteri-
or atteſtat̄ Quis extra ꝯuentū ꝯuentua-
lis in om̄ib; diſcipline nō ſeruet̄ diſtrictio. i
oīb; tm̄ religioſi opib; religiōiſ d; veſtigiū re
lucere. Debēt ḡ ad op⁹ dei corp⁹ honeſte
diſponere. ad collectā ⁊ trinitat; memoria;
vel modicū inclinare. ordinē in ꝓſequendo
ſeruare. occupationē ⁊ interruptionē vitare
Ad miſſas poſtpoſitis om̄ib; tanto ma-
iori ꝓmptitudine ac deuotione miniſtrent.
q̄to deo ibi familiari⁹ fuit̄. Calicē ⁊ cor-
poralia ſi tetigerint reuerēter ⁊ mundiſſime
tractēt. manuſq; poſt tactū hm̄ōi anteq̄; ap
ponant cōmunib; lauēt Corp⁹ dominicū
recepturi ante vt decet ampliori cōfeſſionis
orationis ⁊ tam a cibis q̄m verbis tempe-
rantie ſtudio acceptum deo ſatagant ho-
ſpitium preparare. Infuſam autem ob tan-
ti hoſpitis gratiā. reuerentiā in gr̄aꝝ actiōe

attendāt. Nō minor eſt ꝟtus ꝙ̄ querere par/
ta tueri.

**De ordinatiōe reſpectu ſui Cap. II**

Cetero feruore ſcīm ⁊ q̄ndā debēt ma
gnanimitatē aſſumere. vt ad ꝟtutū
exercitia ſtrenui ac deuoti opa bōa
freq̄nt ſuperogare ꝯtēdāt. Tūc ei vicia fide
lit̃ extirpata diſcedunt ſi ꝟtutibꝫ cedāt. alio/
q̄n vo ſi cedūt ad tēps eiecta. Nā redeūt niſi
ꝟtutes in locū vicioꝝ q̄ fuerunt depulſa ſuc
ceſſerint. Nō multū ꝓderit oīa reliquiſſe
niſi ꝟtutū paſſibꝫ tota xp̄m intētiōe ſeq̄mur.

Quid iuuat expeditū eſſe ad curſum nec
currere. exiſſe ad opꝰ ⁊ opis obliuiſci. Nō
intrātibꝫ vineā ſꝫ opantibꝫ merces dat̃. Et
cū in vſu ꝟtutū oīm ꝑfecti eſſe nō valēt. i ali/
qua ſaltē ſe ſtudeāt ſpēalit̃ exercere. ⁊ illā q̄n
ta pōt ꝑfectiōe obſeruare. Feruorē noui
cioꝝ nō decēt ille miſicordes i ſeipis diſcre
tiones ⁊ diſcretionū diſpēſatiōes faciles. q̄r
indulgētie ſuo iudicio nō ſunt admittende.
nec tñ recuſande ſunt alieno. A ſeipſo i ſe
ipm rigida dꝫ eſſe cēſura ⁊ diſtricta ſeueritaſ

Ad regentē vl̃ ꝯſulentē lenis ⁊ obediēs ī
oībꝫ hūilitas. ſi altez deſit. vt i deſide ⁊ tepi/
do nō ſpero curſus ꝑſeuerātiā. vel ī ꝑcipicio
timeo ruinā. Sint occultatores ꝟtutū. ſi
cut alij vicioꝝ. Nō tñ in ꝑncipio ardua ſiue
multa p̄ſumāt. Nec ſine licētia aliq̄d nota/
bile attēptēt. ſꝫ a minoribꝫ ꝟtutibꝫ paulatī
ad maiores ꝯſcēdāt. Hereditas ad quā fe/
ſtinat̃ in ꝑncipio. ī nouiſſimo bñdictōe care
bit. Cōem ordis obſeruātiā ſequant̃. ꝑfe
ctiōī in ſilētio ⁊ i alijs inſtitutꝫ pleniꝰ obtinē
dis inſiſtāt. a q̄ nec exēplari leuiū. vel negli/
gentiū aliq̄z diſſolutiōe diuertāt. Optīa
religioſi ꝑfectio. ꝑfecte cōia q̄ꝙ ꝯſuetualia ꝯ/
uare. Porro h religionē offendit q̄ religi
onis violat inſtituta. Turpis oīs ꝑs vni
uerſo ſuo nō ꝯgruēs. Cauet virꝯſtās ⁊ ho
neſtꝰ ne ꝯſuetudinū ordis temerariꝰ viola/
tor exiſtat. alias ī victu ⁊ moribꝫ nouitatꝫ no
ta ⁊ ſingularitatꝫ erit diuerſitas fugienda.

Añ oīa caueāt ne ꝓ inchoato iaꝫ bono
ſubrepat ſupbia. vt ſe alijs p̄ferāt ⁊ ſe aliq̄d
eſſe putēt. Perit oē qd̄ agit̃ ſi nō ſollici
te i humilitate cuſtodit̃. Exteriorē geſtu/
um diſciplinā nō negligāt. Diſciplina cer
uicē ſubmittit. deponit ſupcilia. ꝯponit vul/
tum. ligat oculoſ. cachinnos cohibet. mode
rat̃ linguā. frenat gulā. irā ſedat. format īceſ
ſum. Sit ḡ aſpectꝰ verecūdus ⁊ ſimplex.
riſus ſine cachinno. vox ſine clamore. īceſ/
ſus ſine tumultu. Erecto vel diſcooperto
paſſim capite manibꝫ diſſolutis vel habitu
nō incedāt. Sit eis grata quedā nō ſcur/
rilitas ſeu curioſa vrbanitas. quibꝫ ſancta q̄
dam ruſticitas bñ ſedet. Salua ſꝑ mode/
ſtia honeſtatꝫ. Sint ad loquendū tardi.
⁊ in voce demiſſi. ⁊ in ꝯgregatōibꝫ aut ſenio
rū p̄ſentia vix niſi ꝓ pñti neceſſitate vel iter/
rogati loquant̃. Nō ſint diſputatores. nec
facile de auditꝫ p̄ſertim ſeniore p̄ſente ſentē/
tient. Stulti ſic ſunt in ſenſu leues. ita ⁊
in verbo p̄cipites. Infra tps ꝓbationis
cū extraneis ſiue religioſi ſiue alij fuerit abſ
ꝙ licentia ⁊ dato ſibi ſocio nō loquāt̃. Re
ligionis initiū eſt lingue frenū. Si quis pu
tat ſe religioſum eſſe nō refrenās linguā ſu/
am. huiꝰ vana eſt religio. Rem aliquā licꝫ
paruā ſicut acū. ſiue aliud occulte. hoc eſt ſi/
ne licētia recipe vel habere. quaſi furtuꝫ ab/
horreāt. Supfluitatē in cibis ⁊ veſtibus
⁊ in alijs quibuſcūꝙ ꝯſtanter deſpiciant.

Paupṫatē ⁊ parcitatē quandā in oībus
que ad corpꝰ ꝑtinēt amplexātes. Vicioſe
ꝯſuetudini viriliter ⁊ feruēter reſiſtāt. nec cā
in his que gule viciū ſapiūt ſuccreſcere pati
antur. Extra cōmunē refectiōeꝫ ad come
dendū ⁊ bibendū vix eos inflectat ipa neceſ
ſitas. Sepe qd̄ neceſſitatis eſſe videt̃. eſt
viciū. Ultra duas vices in die puerorū
ſeu pecudū more comedere. potū extraordi
narie frequētare. religionis tēperantiā ⁊ de
corem euidēter offendit. Que rogo reli/
gio. que paupṫas. ſi mox vt eſuris. mox vt ſi
tis. volito pares. ſatias appetitū. nec eum vſ
ꝙ ad ſtatutā horam ſcias cōpeſcere. Si
quādo tamē extra horā exactus neceſſitate
quis bibit. ſedendo ⁊ ſocio p̄ſente id faciat.

Non decet vt ſtando ſine teſte bibas.

Si plures fuerint. oēs dum bibit̃ ſile/
ant. Statiꝙ vt biberit ſurgāt cū aliqua lau
de dei. Reprehēſibilis admodū cōfabu/
latio vel mora ſuperflua iuxta potū. Nū/
ꝙ̄ ocio torpeant. ſꝫ ſemper aut lectioni aut
orationi vel officio addiſcendo. aut alijs nō
que ipi elegerint. ſed que iniuncta fuerint fa
cienda intendant. Spiritū tamen deuo
tionis exteriores non exhauriant actiones

Deuotus frater nunꝙ̄ totus comedat.
totus dormiat. aut totus in exterioribus
occupetur. Sed ſiue comedat ſiue aliud
faciat. ſanctum in animo aliquid ſꝑ voluat

vnde ſpūs recreet. In ſomnū q̄ꝫ iturꝰ ſem
per aliquid in memoria ſecū deferat in quo
placite quidē obdormiat. quod nonnūq̄m
iuuat ſomniare. ⁊ vigilātē excipiēs ī ſtatum
heſterne intētiōis reſtituat. Lectū itratu/
rus p diurnis offenſis orōem ſp̄ aliquā faci
at. veniā petat. peccꝰ ꝑcutiat. crucıq̄ꝫ muniꝰ
ſignaculo ſuū deo ſpiritū humilit̄ recōmen/
det. q̄ a ſomno ſurgēs. cū aliquāta ſe denuo
laude cōſignet. Et ſi forte eū luxurie pom
pa cōcuſſerit. recordet̄ dilectū ſuū poſitū ſu/
per lectū dolorꝫ. ⁊ vniuerſum ſtratū eiꝰ ī car
nis infirmitate verſatū. Hec dicēs in corde
ſuo. Dn̄s meꝰ pēdet in patibulo. ⁊ ego volu
ptati operā dabo. Sicq̄ꝫ īuocato noīe ſal
uatoris. ⁊ gemināndo ſepiꝰ nomē ſalutis. ceſ/
ſabit quaſſatio.

De ordinatiōe circa primum.
Capitulū III

Ad hec qualit̄ ſe habere ad ꝓximū de
beāt Hugo docet. Sup̄ioribꝫ inq̄t
obediētiā. timorē. obſequiū. ⁊ venera
tionē exhibere debemꝰ. cū eq̄libꝫ pacē ⁊ con
cordiā cuſtodire. inuicē obſeq̄o. beneficio. ⁊
honore ꝓuenire. In oī actiōe ⁊ ꝟbo ſup̄iorē
eis locū tribuere. ⁊ ſi q̄n̄ fortaſſis in aliq̄ ne/
gocio p̄ire eos cogāt̄. cū oī hūilitate ⁊ reue/
rētia q̄ facienda ſūt nō p̄cipe ſꝫ demōſtrare.
⁊ ſi eos p̄cedere ꝯtingat cū alacritate ⁊ deuo
tione q̄ſi ex neceſſitate ſubiecti obedire. In/
ferioribꝫ ſp̄ bn̄ficiū ⁊ auxiliū īpēdere. venera
tionē nō exigere. ſocietatē atq̄ꝫ eq̄litatē ama
re. Maioribꝫ ait debemꝰ ꝑ timorē ſubdi.
eq̄libꝫ ꝑ caritatē obſeq̄. minoribꝫ ꝑ eq̄litatē
ſociari ſeu coeq̄ri. Igit̄ deuoti frēs ſenio/
res ſuos reuereant̄ vt dn̄os. diligāt vt parē
tes. Qui p̄ſunt ī dn̄o ſunt ſcd̄m ap̄lm ampliꝰ ī
charitate habēdi. Sane iuxta Hugonē
reuerētia ſine amore ſuilis eſt ⁊ amor ſine re
uerētia. puerilis iudicari debet. ꝓpterea do/
cet ſanctꝰ vt trāſeūte maiore. minor ſurgat.
⁊ det ei locū ſedēdi. Nō p̄ſumat inquit iuni/
or cōſedere niſi p̄cipiat ei ſenior ſuꝰ. Prior h̄
ponit ꝯuerſio vel gradꝰ officij ſeniorē. q̄ꝫq̄ꝫ
⁊ etas ſit iuxta legē dn̄i honorāda. ſic ei ſcri/
ptum eſt. Corā cano capite cōſurge. ⁊ hono
ra perſonā ſenis. Diſcretio tamē caute ꝓ
loco ⁊ temp̄e ac ſine reuerētie cōgrue detri/
mento. venerationē modificat. Habēduſ
eſt modꝰ in oīb. nec vicioſam quidē ſup̄/
ſtitionē admittēs. nec ſup̄ſtitionis euitande
pretextu. humilitatis aut morū ſanctionē

euacuās. Obediētie ſe totos ſubijciant.
Sit homo interior totꝰ deo. ſit exterior
totꝰ p̄lato ſubiectꝰ. Quicq̄d ſuperior eis
vel p̄poſitus vel inſtructor iniunxerit. qua/
ſi diuiniꝰ imperatū. ſtatim vt veri obedien/
tie filij deuote adimpleāt. quicq̄d ſtatuerit
immobiliter ſeruēt. ſcienterq̄ꝫ aliquid tranſ/
gredi ſacrilegiū putent. Credāt ſalutare.
quicq̄d ille p̄ceperit. Perfecta obedientia
eſt in incipiēte maxime indiſcreta. id eſt. non
diſcernere quid vl̄ quare precipiat̄. ſed tātū
ad hoc nitivt fideliter ⁊ humiliter fiat quod
a maiore precipit̄. Nouiciū prudentē. in/
cipientē. ⁊ ſapientē. in cella diu poſſe cōſiſte/
re eſt impoſſibile ⁊ in cōgregatione durare.
Stultus fiat vt ſit ſapiens. Secure
ꝑ oīa obedit̄ vbi contra deū nihil precipit̄
tur. Diſcāt ergo volūtates ꝓprias frange/
re. alienoq̄ꝫ iudicio ⁊ imperio ambulare.
Nulla ars ait ſanctꝰ abſq̄ꝫ magiſtro diſci
tur. Ad illud inq̄t tendit oratio vt tuo do
ceam te arbitrio nō viuendū. ſed viuere de/
bere in monaſterio ſub vniꝰ diſciplina patrꝭ
conſortio multorū. vt ab alio diſcas humi/
litatē. ab alio patientiā. hic te ſilentiū doce/
at. ille manſuetudinē. Nō facias quod vis.
ſubijciaris cui nō vis. Laſſus ad ſtratū ve/
nias. ambulanſq̄ꝫ dormites. nec dū expleto
ſomno ſurgere cōpellaris. Nihil abſq̄ꝫ in
ſtructoris cōſciētia vel quocūq̄ꝫ eant. cui ab
alijs etiā ſuperioribꝫ demādata ſibi ſignifi/
cent. In quibꝫ ſufficit ip̄e. ſemꝑ eius licentia
ſint cōtenti. ꝑ his que inferioris ſunt nō paſ
ſim recurrit̄ ad maiorē. Fratres omnes.
⁊ ſe inuicē honore ⁊ obſequio ꝓuenire. ⁊ eo/
rum defectū in officijs humilioribꝰ imple/
re cōtendant. Seniores fratres verſicu/
los dicere. de lumīe ſeruire. librū ad officiū
tenere. vel huiuſmodi humilia in choro ⁊ ex
tra. quantū in ſe fuerit nō permittāt. Om
nibꝫ ſe ſubijciētes humiliter propter deum
nō quod ſibi vtile putent. ſed quod alijs am
plexantes oīb libenter obediāt. omnibꝫ
ſatiſfaciant ꝓut poſſunt. vt in omnibꝫ quibꝫ
vtitur trāſitoria neceſſitas ſupereminea q̄
permanet charitas. Quicquid agūt fide/
liſſime cū diligētia faciāt. ⁊ tanq̄ꝫ deo non q̄
ſi hominibꝫ ſeruiētes. non eſtimēt alios fra/
tres qui diutiꝰ in ordine laborauerunt. ſe/
cum ex equo laboribus occupandos. pre/
ſerti cū de ſe hūilit̄ ſentiētes pie debeāt credē
q̄ ſancti viri plꝰ deo placeāt quieſcentes q̄ꝫ

ipſi quãtũlibꝫ laborãtes Erubeſcãt ſe ne
ſcire. qđ in obſeqͥs religioſo eſt ſciendum.
Quod neſciũt. ſtatim exercitio migrante ad/
diſcant Sint p̄cipue ad ſeruiendũ cõmu
nitati ꝓmptiſſimi Si lumẽ in eccl'ia vel i
officinis. aut aqua in fratrũ lauatorio deſit
ꝯtinuo de his ꝛ ſimilibꝰ neceſſitati ꝓuideãt.
Ad obſequiũ aduenientiũ fratꝝ. q̄ ſic an
geli. imo ſic xp̄s in eis veniẽs ſunt ſuſcipien
di. cũ om̄i deuotõe feſtinẽt. Et qꝛ fratribꝰ
hoſpitibꝰ ſc̄m qđ religionis honeſtas ꝛ con/
ſuetudo req̄rit. ꝑus orandũ eſt q̄ꝫ fratribꝰ ſo
cienꝰ in pace. q̄ꝫ cito ab oratione ſurrexerint
ad coꝝ deoſculãdas manꝰ maxime ſi fuerit
ſacerdotes deuote occurrãt ꝛ humiliter ge/
nuflectãt. nullũ fratrẽ ꝓprio appellãt nomine
nec niſi fuerit patrie ꝯſuetudo tuiſent Nul
li ꝓrſus q̄ꝫtũ in eis eſt materiã p̄ſtẽt moleſtie
alicuiꝰ. ſed om̄ia q̄ neceſſaria ꝛ vtilia eſtimãt
bono pietatis ꝛ charitatꝭ cõponãt. Quid
pace honeſtiꝰ. quid vnitate iocundiꝰ. aut cõ/
modiꝰ ſocialitati. q̄d charitati meliꝰ aut p̄ci
oſius inuenitꝰ Glorioſiſſimũ q̄dẽ ꝛ potiſſi
mũ liberalis aĩe ꝛ cõſciẽtie bone indiciũ. pa
cem ꝓximi cuſtodire. Omnẽ q̄ꝫtũ poſſibile ẽ
fratrũ ſcãdali occaſionẽ vitare. verecundari
ſi ſociũ vel ꝑ ſubreptionem offendis. Si
quẽ aduerſum ſe frẽm motũ vel leuiter ſen/
ſerint. quieſcere neſciãt quouſq̄ꝫ ip̄m humi/
li ſtuduerint ſatiſfactione placare. Ad ex/
traneos ſi q̄n̄ ꝓcedunt. in verbis coꝝ. inceſ/
ſu ꝛ habitu modeſtia fulgeat diſcipline. bre/
uiter ꝛ pauca loquanꝰ. caput decentꝰ operi/
ant. manꝰ abſcondãt. mulieris om̄ino quã/
tumlibet ꝓpinque. oſculũ ꝛ nude manus cõ/
tactũ penitꝰ vitẽt. Pro ꝑſonis que in do
mo vel in via fratrũ ſe orõnibꝰ recõmendãt
ſtatim poſt earũ abſceſſum orationẽ faciãt
ſp̄ealem. Defunctis fratribꝰ audito eorũ
tranſitu q̄ꝫcitiꝰ poſſunt ſubueniãt. ꝛ debitũ
ſaltẽ obſequiũ ſoluere nulla occaſione poſt/
ponant. Talia ſiquidẽ nõ abſq̄ꝫ ꝑtimeſcẽde
offenſe ꝑiculo negligunꝰ.

## De rerum cuſtodia
## Capitulum IIII

Res quas tenẽt precipue libros. mũ
de teneãt ꝛ honeſte. A tactu libri
nudã cohibeãt manũ. que licet mun
da. tamẽ quia poroſa. ipſum facile inficit ꝛ d̄
turpat. Turpe eſt nudos paginarũ mar
ginibꝰ imprimere digitos. vel ipſos vel cer/
te laternã ſuper librũ legendo deducere.
Semper pãnus ſi aſſit digito ſuppona/
tur. alioquin ita caute tangãt ꝛ leniter. vt tã/
gentes quaſi nõ tangere videanꝰ. librũ ſup/
flue apertũ nõ teneãt vel incaute relinquãt
Firmacula libro paululũ ſtricto ſi violẽ
tia laxetur apponãt. Violentiã ſonitus pro
bat. Indignus eſt libro qui negligit cuſto/
dire. Solent incurij quidaꝫ libros digi/
tis. ꝛ veſtes ſaltẽ in manicis munde ſeruan
das. ſordibꝰ ꝛ pulueribꝰ vel rebus quas tra
ctant pene indifferẽter exponere. ipas vero
extreme frequẽter vilitati expoſitas. vix va
lent a socioꝝ cibo. vix ab altari. vix etiaꝫ ab
ipſis calicis mappulis ꝓhibere. Qui ipis
placere ſordibꝰ cupiũt. cuſtodie curã curio/
ſitatis cõdemnant infamia. ſueq̄ꝫ vicium in
curie. virtutis ſp̄ẽ colorare nitunꝰ. Grauia
hec homini erudito. Qui mũdicia gaudet.
honeſtatis pulcritudine delectatur.

## De profectu ꝛ defectu nouiciorum ſiue de differentia conuerſorum.
## Capitulum quintum

Accedit hinc neophitorũ conuerſio.
differens intuenda. Sunt enim
quidã tractabiles. ſimplices. deuoti
timoroſi. qui nihil ſibi chriſto chariꝰ eſtimã
tes. volũtates ꝓprias ei ſacrificant. volunta
rie ꝓmpti. ad nutũ nutu citius obedire. ad
difficilia quelibet ꝓpter chriſtũ equanimiter
ꝑferẽda parati. ſue quoq̄ꝫ integritatis ſollici
ti. cor ſuũ ꝑ purã cõfeſſionẽ ꝛ aſſiduã oratio
nẽ mũdare nõ negligũt. Sunt in exterio
ri ꝯuerſatiõe diſciplinati ꝛ humiles. ſtudẽt
ſe in om̄ibꝰ officioſos ꝛ amabiles exhibere.
Si quidẽ ſtudere ꝓpter deũ amari. charita
ti ſeruire ẽ. Hi ꝟo ſunt altiſſimi filij. fideles
ſancte religiõis ꝓpagines. fratrũ leticia. cõſo
cioꝝ ſolatiũ. ſui gl'ia inſtructoris. Nã gloria
patris eſt filiꝰ ſapiẽs. Sũt ꝛ alij dure cer
uicis. diſcipline mãſueſcere neſciẽtes. tepidi
curioſi. ſuperbi. qui q̄ꝫ ſuauis eſt dominus
nõ guſtantes. ſeculari dũtaxat depoſito ha
bitu. non affectu. adhuc in moribꝰ. in ꝟbis
in geſtibus. ꝛ ꝓpriarũ pertinacia volũtatum
ſeculo fidẽ ſeruant. vt monſtro mirabilius
ſub religioſa veſte hominẽ videas ſecularẽ
Hi ſunt filij diffidentie adulterina planta/
tio. fructus inutiles ꝛ acerbi. ſociorum onꝰ
et ſcandalum ſui afflictio et confuſio inſtru/
ctoris. Iuxta illõ Ira patris filiꝰ ſtultꝰ ꝛ ꝯfu
ſio p̄ris d̄ filio idiſcipliato. Ponẽda ſũt pau
ca torporꝭ ꝛ curioſitatꝭ ꝛ ſupbie p̄dcõꝝ indicia

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

vt cognita deuitēt Cautior ī bōis ābl'as ſi
⁊ mala nō lateāt Tepidꝰ in ꝯuerſatiōe.oci
oſa ꝟba.⁊ vanas cogitatiōes noxias eſſe nō
ꝯſpicit Uitatꝫ grādibꝫ. reliq̄ oīa vix repu
tat ꝑutāda Ebetati cordis ipē ad ꝯſciaꝫ
de offenſis vt timorꝫ filial' ignarꝰ.timoratos
⁊ ꝯſcie puritatē amātes.fatuos ⁊ ſupſtitioſos
ſentētiat. Qſi a torpore mētꝫ euigilauerit.ea
q̄ leuia exiſtimabat.qi horrēda atqꝫ atrocia
ꝑtimeſcit. Uacuꝰ grā ⁊ tepidꝰ.qđ eſt grē.ſeu
minꝰ neceſſarie tētiōis.qđ diſcipline.qđ mo
rū.qđ ꝟtutꝫ ꝑfectio ꝯciliat.negligēs illđ dif/
ficile vl' certe ſupfluū arbitrat.egre doctrinā
ad talia patit. Doctorē nimis ꝑfectū ironi/
ca irriſiōe ꝓnūciās Nepe ſtultꝰ ſui pr̄is di
ſciplinā irridet.vt pateat qđ iuxta ſapiētem
dr̄. Cōpedes ī pedibꝫ ſtulto doctrīa Aīal'
hō nō ꝑcipit ea q̄ ſunt ſpūs dei. Tepidꝰ.ī cō
uerſatōe r̄miſſus.publicos mores. ⁊ docto
ris monita negligit. ea q̄ dī ſūt lāguide oꝑa
tur.ſi qđ incboat bonū.vix ꝑficit.tarđ ad di
uinū officiū ⁊ q̄qꝫ ꝯuentualia occurrit. ocio
gaudet.labore vl' modico ledit.⁊ facile ſe in/
firmū vl' ad modicū ſe fatigatū ꝓ̄tēdit. ſed ⁊
amore ꝑuato ſe diligēs.q̄ carnis ſūt ſapit et
ꝓſeq̄t ex affectu. Alioꝝ qꝫ defectibꝫ n̄ ꝟtuti/
bꝫ herēs.ſi qđ minꝰ vl' negligēter actū inſpe/
xerit.illđ ī exēplū ad ſue velamē tepiditatis
aſſumit. Ficta ei ⁊ īdeuota ꝯfeſſio.rara ⁊ bre
uis ꝯpūctio.inſipida ⁊ ſine intētiōe orō.īcir/
cūſpecta ⁊ ſine edificatiōe lectio. obedientie
moroſa ⁊ ſine deuotiōis affectu vix aliq̄lis ī
pletio Multos ei remiſſa ꝯuerſatio in ꝓ
ſtinos errores r̄ducit.ac viuēdi torpore r̄ſol
uit.vt nōnūqꝫ ex ore dn̄i euomāt. Curio/
ſus n̄ curāda curat.neceſſaria negligit.et ſui
oblitꝰ.aliena ꝯſiderat notat ⁊ explorat. Si
qđ inſonuerit ꝟbū āhelat ſollicitꝰ ad ſciēdū
⁊ honeſtate poſtpoſita id ab inuitis ⁊ celare
forſan volētibꝫ īuerecūde req̄rit.locꝫ ſibi nō
ꝯceſſis.ꝯgregatiōi ⁊ collocutiōibꝫ fratꝝ ſe ī/
gerit nō vocatꝰ. Cū eū abeſſe putauerꝭ.adeſt
impudēs lateri. adeſt auri. vt nec ſecretū va
leas occultare ſmonē Obſuat āgulos. va
gis circūſpicit ocul'.heret ad ſingl'a q̄ occur
rūt. Cōmunes obſidet trāſitꝰ.ſupuenīēti
um ⁊ forēſiū gaudet occurſu.rumoribꝫ ⁊ ſe/
cularibꝫ ꝟbis hauriēdis ⁊ referēdis ītendit
Res ſibi nō deputatas curioſe reuoluere n̄
quieſcit.lr̄as etiā alienas ſi caſu aptas inue/
niat inſpicere nō veret. q̄s tamē licet aptas
q̄libet inuētas vix aliq̄s niſi ſupior licite in/
ſpicit. vl' alijs inſpiciēdas exponit. Rerū
quoqꝫ apparatꝰ cura ſupflua curioſitatis vi/
cium clamat Signa ꝟo ſupbie ſanctꝰ pro
ſper enumerās. Nos inq̄t dolēdos enūcio
quos iā cōuerſos ſupbia occulte captiuat.
Ni ait ſeniorū ſuoꝝ nō obſeruāt imperata.
ſꝫ iudicāt de ſuis negligētijs.obiurgati aut
rebellant inſolēter.aut murmurāt. Sim
plicitatē ſpūaliū fratrū irridēter exagitant.
ꝑferri ſe etiā melioribꝫ impudēter affectāt.
Obſequia delata faſtidiūt.negata perti/
naciter querūt. Natales moribꝫ āꝑonūt
minores ſuos elati deſpiciūt. cōferri ſibi ali
quos poſſe nō credūt. Nō ſeruāt in obſe/
quio reuerentiā.in ſermone modeſtiā. ī mo
ribꝫ diſciplinā.habēt in intētione ꝑtinaciaꝫ
in corde duriciā.in ſermocinatōe iactātiam.
Sūt in humilitate fallaces.in locutōe mor
daces.ſubiectōis impatiētes.temerarij ī au
diēdo.clamoroſi in loquēdo.faſtidioſi ī ad/
uertēdo.ꝓ̄ſumptuoſi ī docēdo.effrenati de/
formit in cachinnādo.hec ſunt infert ſuper
bie graſſantꝭ īdicia. Supbus ſe ad oīs
ꝓprie volūtatꝭ impulſus accōmodat. nec ſe
alijs ſed alios ſibi applicare cōtendit.facile ſi
bi ꝯtumeliā iudicat.ad quā irrogādā ē va/
lidus.ad tolerandū infirmꝰ Et ſe grande
aliq̄d eſſe putās.deferre ſocijs dedignatur.
legibꝫ ſubdi ⁊ culpā recognoſcere ꝓpriā eru/
beſcit. Et licet iuxta ordinis mores ſe rege/
re neſciat.in ſuis oculis tamen ſapiēs ⁊ per
fectus.ad alioꝝ inſtructōnē ſue ꝓ̄ſertim opi
nioni ꝯtrariā ſtomachat. rephēſus offendi
tur nūc inſufficiētiā vel friuolā.nunc moni
toris modū calumniās. vt ſi ꝑſuadere ali/
quid velis. modꝰ artē monitio ſtudium exi
gat quo allegationū obſitus ſpinis ſicut eri
cius.vel irrefragabili ratiōe.vel auctoritate
nō dubia capiat Fit igit ad obtēperādū
difficilis ⁊ ad correctionē impatiēs.adeo in
terdum vt ſe diſcipulū abnuēs.ipm etiā de/
putatū ſibi refugiat inſtructorē. Hec om
nia ſerui dei quaſi peſtē mortiferā deteſtātes
ꝑfecte ad dn̄m cōuertant. iuxta illud Deu/
teronomij. Perfectus eris ⁊ ſine macula cū
dn̄o đo tuo Ue duplici corde.⁊ pctōri trāꝫ
ingrediēti duabꝫ vijs. Si quis ꝟo ſufficiē/
ter expectatꝰ ⁊ monitꝰ.mores corrigere ac re
ligionis formā induere negligit. ꝓ̄ſertim ſi
rebellis aut cōtentioſus extiterit.nō eſt ꝓfi/
cientiū numero aggregādus. Infidelis ſi
decedit, diſcedat ne vna ouis morbida cō/

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

tagione mortifera totū gregē cōtaminet. ꝑuerſus ⁊ inſolēs in onus religionis ⁊ diſſolutionem admittit'.

## ¶ De nouiter ꝓfeſſis in ordine Capitulum VI

Ad ꝓfeſſionē admiſſis ſit q̄ꝫmaxīe cura ne defluāt. ꝑfecti quiqꝫ magna ſe diſcretiōis ſubtilitate ꝯſpiciūt. ne ad deteriora vnqꝫ vl' in oꝑe vel in cogitatōe dilabant'. Si curare ꝑua negligimꝰ. ſenſibilit' ſeducti. audēter etiā maiora ꝑpetramꝰ. ſuſceptā etiā examinis tꝑe diſciplinā prudēs nō abijcit. imo nec ſuū ꝯtinuo q̄ſi iam ſibi ſufficiēs deſerit inſtructorē. Eget rectore nouicius. eget nouꝰ directore ꝓfeſſus. Vanus ⁊ fictus vt inſtructoris curā euaſerit iſoleſcit. aſſumit cornua. fit ꝑ̄ſumptuoſus et audax. ⁊ quaſi vacca laſciuiēs a ꝑ̄ma informatione declinat. Ceſſat oratio. tepet deuotio. ꝯfeſſio pctōꝝ negligit'. vt putes eum aut ſui oblitū. aut nō habere peccatū. facit q̇dē dilata cōfeſſio vt negligēs mundꝰ appareat licet nō exiſtat. dū culpas abſorbet obliuio abſoluit. Multiplicant' dū nō curant' offenſe. multiplicate ne diſcernant' ⁊ corrigāt' impediunt. Multitudo peccatoꝝ ipedit ne videant'. Vn̄ piger tūc eſt maxīe vicioſus. cū vicia nō agnoſcit. Sic filia fatua i deminoratiōe erit. Iuſtoꝝ aūt ſemita q̄ſi lux ſplēdēs ꝓcedit ⁊ creſcit vſqꝫ ad ꝑfectā diē. Profeſſi ḡ ꝯfiteant' ꝑfectū. ꝑ̄ſumptiōē ꝑ̄ſcribāt. dabit ad h̄ humilitatꝭ ⁊ paupꝑtatꝭ ꝯſtātia ꝑſeuerās affectū. ⁊ curaꝝ abiectio terrenaꝝ. exercitatō charitatꝭ. ⁊ q̄ cōplectit' oīa ꝯſideratiōis attētio. Sūma religioſi ꝟtus humilitas que ipm curat ꝑficit ⁊ ꝯſuat. Sine hūilitate nulla ꝟtus. nulla ꝑfectio aut acquirit' aut ꝯ̄uat'. ꝟtutū ſiquidē bonū qōdā ac ſtabile fūdamentū hūilitas. Nēpe ſi nutet illa. ꝟtutū aggregatio. illa nō eſt niſi ruina. Et q̄m ad hūilitatē hūiliatio via ē nō erubeſcāt hūilia Nec hūilitatꝭ officia facile reſpuāt. ac iꝑoſita recōmēdēt. Vis ab eis ꝑ̄ſumptōis audacia ꝑ̄ſcribat'. Antiquiorib' frib' i ordie ꝯ̄ferāt ſꝑ eoꝝ reſpectu ſe iuniores ⁊ nouicios reputēt. Ad exteriora vl' honorꝭ alicuiꝰ officia ꝓuehi nō affectēt. Multos ꝓpera nimis promotio a ꝟtutū iā ꝑfectu ꝑ vicium elatōis deiecit. Qui mōm deſerūt ait ſctūs ad exteriora officia vehi n̄ debēt. niſi ꝑ hūilitatē diutiꝰ in eiuſdē mōi ꝯtēptu ſolidēt'. Et q2 nouoꝝ ⁊ iunioꝝ tētatio ſolet eē facile ſuperbire neſcire modū hūilitatꝭ ſuare. ⁊ ſi forte in aliq̄ ꝑ̄ſint. officij metas excedere. ac ꝯ̄ nimis grādia tactitare. attēdāt ſibi ſuꝑ his vigilāt. Nō ꝑt intimo ꝯſcie teſtimonio gl'ari veracit'. niſi qui gloriolas ꝑſcē reſpuerit. Paupꝑtas i oīb' placeat ne iteꝝ ſiue i libris ſiue i alijs reꝝ ſe velint ſarcinul' onuſtare. ꝑfecta reꝝ abiectio. a cura expedit mētē. ab infectōe affectuū Nēo in xp̄i expeditōe liberioꝛ. nil h̄ñte. Si aliq̇b' egeāt. ſtudeāt ꝑcitati. Suꝑ oēs diuitias. diuitē fac paupꝑtas. Nec qꝫ i victu ⁊ i his q̄ carnis ſt'. maxīe āplectāda. Nō ēuāgelici paupis gaudēre ſupfluis. luxib' idulgere ⁊ qd nec diuites pñt ſꝑ velle i oīb' abūdare. nec penuriā ſcire pati. familiaritates ſupfluas fugiāt. Eſto ait q̇dā oīb' benignꝰ. nemini blādꝰ. paucꝭ familiarꝭ. oīb' equꝰ. Et ſāctꝰ. Tria inq̇t religioſū quēlibꝫ decēt. pauca loq̇. paucos h̄re familiares. ⁊ multū orare. vbi m̄lti familiares. ibi m̄lte locutōes. ⁊ ſibili ſingl'ares. Si familiarē admittꝭ. ſit quem etas mores diſcretō ⁊ honeſtas iſigniāt ⁊ cōmēdat. Familiaritas ſi fuerit ordiata. nō erit blāda iꝓba pueril'. Eſt modeſtia q̄dā in ſctā familiaritate ſeueritas ē ⁊ iuſticie rectitudo. vt nullatēꝰ viciū foueat'. nec ꝑ amico ꝓximꝰ offēdat'. Noli ait ſapiēs ꝓ amico inimicꝰ fieri ꝓximo. Seculariū ꝺ̄nicꝫ familiaritas idiſcreta r̄ligioſi q̇etē m̄ltipl'r inq̇etat Nulliꝰ grāꝫ munuſcul' ꝯparēt. Si q̇d forte alicui vl' cā exacti neceſſaria. ꝑ̄uſ religionis lege licētia ꝓbtēta obtulerit. honeſtas rei ⁊ vilitas ꝑcij r̄ligioſoꝝ ⁊ paupꝑū exēniū eē ꝓbēt. Nō freq̄ntēt ꝓpinq̄s. ac exterioꝛib' ſe iplicēt curꝭ. ſꝫ ſalutꝭ ꝓprie mēores agēde potiꝰ pnie vacēt. Nō cadat a mēte ꝓfeſſio. ſꝑ ad q̇d venerit cogitēt. Pēſent qō ꝯ̄ q̇bdā ait. s. gregꝰ. Sepe inq̇t nōnulli apte ꝑuitatꝭ vias ꝯ̄ſerūt. ſctitatꝭ hitū ſumūt. moxꝫ vt ꝑ̄ma limia bn̄ viuēdi ꝯtigerit. obliti quid fuerit affligi iā ꝑ pniāꝫ ꝯ̄ ꝯſūmatꝭ neq̇tijs nolunt. laudari āt ꝯ̄ inchoata iuſticia appetūt. ꝑ̄eſſe etiā ceterꝭ melioꝛib' ꝯcupiſcūt. Et pꝰ pauca in reb' ait m̄ltiplicib' occupari atqꝫ ipa occupatōe ꝯfuſi. n̄ ſolū ꝑpetrata mīme deplorāt ſꝫ adhuc q̄ ꝯ̄plorēt exaggerāt. Scōm aplꝫ nēo militās ꝺo iplicat ſe negocijs ſecl'a. vt ei placeat cui ſe ꝓbauit. De ſcō legit'. q̄ q̄nto magꝭ ſe ab hūanis curis ⁊ colloq̇js ſeq̄ſtrabat. tāto illi vicinioꝛ ⁊ ꝓpinq̇oꝛ ꝺs erat. Vitāda maxīe colloq̇a m̄lieꝝ. nō ꝑt toto cor/ꝺ̄ bitare cū ꝺn̄o q̄ mulieꝝ acceſſib' copulatur

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Charitatis obſeq̄a libēter impēdāt Cha
ritas ſp̄ reddita. ſp̄ debet debitorē. Hec au
tem quō negeť amicis q̄ etiā debeť inimicis.
Poſtq̄ vl' oroī vacauerint. vl' ad ſtudiū
ſedederint. ad ſuiendū fratribꝫ ſurgāt. et ſi
neceſſe fuerit officiales nūc hūc. nūc illū. di/
ſcrete tn̄ ⁊ put oportuerit iuuēt. vt ſm apl'i/
cam doctrinā ⁊ vitā. manibꝫ ſuis laborātes
qđ bonū eſt. alioꝝ fratꝝ etiā corꝑalit' ſi fieri
pōt ꝑticipātes laboribꝫ. in charitatis ſp̄ exer
ceanť opibꝫ. ⁊ cibū corꝑis non abſq̄ labore
comedāt corꝑali. vt h̄ ſctā ꝯſuetudo ipſos in
hūilitate cuſtodiat. i fraterna dilectiōe ⁊ oī
ꝑfectiōe ꝯfirmet. Qui cōibꝫ inſtant. ſuiſq̄
obſeq̄is alios portāt. ſūt corꝑali ſimul ⁊ ſpi
rituali ſuffragio ſupportādi. Merito ſin/
guli p his orāt. q̄ p cōitate laborāt. In ſpūa
libꝫ bonis martha ꝑticipet cū maria. q̄ vtiq̄
ſūt ſorores. ⁊ eq̄ ſit ꝑs deſcēdentis ad pliū. ⁊
ꝑmanētis ad ſarcinas. ⁊ ſil'r diuidāt. Qui
nob corꝑalit' obſequūť. iuſte ſortē in neceſſa
rijs ſpūalibꝫ aſſequūť. Rurſū cōitatis opi
bꝫ. familiaria nemo ꝑponat. Caritas (de q̄
ſcptū eſt) nō q̄rit q̄ ſua ſunt. ſic itelligiť. q̄ꝛ cō
munia ꝓprijs. nō ꝓpria cōibꝫ anponit. Cō
ſideratiōi deniq̄ an̄ oia ⁊ in oibꝫ vigilādū.
q̄ ad finē ⁊ directiōꝫ attēdit. Finis ad quē
nr̄a tēdit ꝓfeſſio. regni dei vl' poti⁹ ipſe deus
Directio. ſ. illa q̄ tēdiť. mētis ē puritas. ad
ipſm ꝑncipaliter directā. Herēdū iugiť his
duobꝫ. Neceſſe ē eñ mentē ꝯſiderare. q̄ re
currat. cui q̄ ꝑncipalit' inhereat. nō herētē p
ſingl'as horas atq̄ momēta ꝑ incurſuū va/
rietate mutari. atq̄ ex his q̄ extrinſec⁹ acci/
dūt in illū ſtatū ꝯtinuo trāſformari q̄ ꝑmuſ
occurrerit. Hinc ē q̄ ml'tos p xpi amore ma
xima ꝯtēnentes. ꝑſtinū tn̄ affectū in minimis
retētātes. Poſtremo videm⁹ p ꝗphio. ꝑ acu
calomoq̄ ꝯmoueri. Iraſcūť mobilit' ⁊ inflā
tur veluti q̄ n̄ habeāt apl'icā caritatē Qui
ſi ꝯtēplatiōnē mūdi cordis fixā tenerēt. nū/
q̄ꝑ ꝑuis rebꝫ admitterēt qđ ne p magnis ac
ꝑcioſis icurrerēt opibꝫ. eaſdē penit⁹ abijcere
maluerūt. Vñ liq̄t ꝑfectū nō ſtatim facul
tatū ſeu dignitatū abiectōe ꝯtingi. vbi fue/
rit caritas illa cui⁹ apl's mēbra deſcribit. q̄ i
ſola cordis puritate ꝯſiſtit. Nā q̄d eſt n̄ emu
lari. nō inflari nō irritari. ⁊ reliq̄. niſi cor ꝑfe
ctū atq̄ mūdiſſimū deo offerre. ⁊ itactū a cū
ctis ꝑturbatiōibꝫ cuſtodire. Quicq̄d ḡ nos
ad hāc puritatē pt dirigere. tota v̄tute ſectā
dū eſt. Quicq̄d āt ab hac pt retrahere. q̄ꝑuis

neceſſariū ⁊ vtile videať. vt ꝑniciosū ⁊ noxiū
deuitādū. Sine via tēdētibꝫ. laborē iti/
neris nō ꝑfect⁹. Opanť ⁊ ſeruāt q̄maxie
puritatē ꝑfecta hūilitas. ⁊ expeditio mētis a
terrenis. Erit deniq̄ vt pur⁹ anim⁹ pura
deū orōe frequētet. frequētādo guſtet. guſtā
do ꝓbet q̄ ſuauis ē dñs Erit deniq̄ vt di
uino inebriat⁹ amore. totā in deū ꝯſideratōꝫ
inflectat. toto i ipſum deſiderio ꝑgat. nil ei ſit
dulci⁹. nihil iocūdi⁹ i hac vita q̄ vacare ⁊ vi
dere qm̄ ipſe eſt d's. qđ ē in ꝑtibꝫ ꝯſideratiōis
potiſſimū. Affecta ſic aīa ꝯꝑhēdit ample
ctiť ⁊ ſtringit ⁊ tenet dicēs. Tenui eū nec di/
mittā. Puritas itaq̄ via ē regia per quā ad
ſpōſi amplex⁹. p quā tandē ad p̄riā ꝑueniť
Per hāc tādē veri iſraelite de v̄tute in v̄tutē
donec videať d's deoꝝ in ſyon deſiderij greſ
ſu indeclinabili gradiunť. xp̄m ſup oīa di
ligunt. nihil ei⁹ amori ꝑponūt in via quē ha
bituri ſunt mercedē in patria Et nūc ego
qui licet admodū imꝑfectus ⁊ rudis. p obe
dientiā tn̄ erudiēdis ſimplicibꝫ aliqua h̄ do
cumēta cōgeſſi. pulcrū depingēs hoīem pi/
ctor fed⁹. eos ſupplex p dñm obſecro. vt me
ſibi. ⁊ ſi min⁹ ꝑficuū. tamē beniuolū attēden
tes. in orōibꝫ ſuis mei meminerint peccato/
ris. quaten⁹ orātibꝫ eis. meoꝝ veniā peccato
rum aſſecut⁹. in potētias dñi vna cū eis me
rear introire. ipſo miſericordiaꝝ dño id pre/
ſtante. cui eſt honor ⁊ gloria in ſecula ſeculo
rum Amen.

Explicit Speculū diſcipline

## Sequuntur mora

lia quedā documēta extracta ex ſpeculo di/
ſcipline ſub tribꝫ metris infra in rubro cōꝑ/
henſa. ꝑ nouis ⁊ iunioribꝫ. in corde. collocu
torio ſiue locutiōe. ⁊ in choro maxime p̄ alijs
intuēda. Et ꝑmo de cordis diſciplina oñ
dēdo vicia. ⁊ quo ad fugā earū ē diſcernēdū
Frater mi chariſſime cuꝫ bene hec fugeris
cordis diſciplinā habebis. Ideo int⁹ et ex/
tra his q̄ ſequūť vel alijs renūcia. Primo
res peculiareſ. Secūdo reatū peccati. Ter
tio vagationē mētis. Quarto vecordiam
Quinto ꝓpriā voluntatē. Sexto p̄ſumptio
nem. Septimo irreuerētiā. Sine q̄bꝫ in re
ligione nr̄a frat' q̄liber ad opandū bn̄ ceſeť
expedit⁹. Cū deo vale frat' ꝑamāde.
Frater hoſpes vent⁹. iſto dogmate tēt⁹
Res, re, va. ve. p. p̄. ir. hinc fugito mi vir.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf